PA
6389
F4S7
1798

SEXTI

IVLII FRONTINI

# STRATEGEMATICON

LIBRI IV.

---

CHRONOLOGICA ET HISTORICA

ANNOTATIONE INDICIBVSQVE

IN VSVM LECTIONVM INSTRVCTI

A

GE. FRID. WIEGMANN

SCHOLAE GOTTING. COLLABOR.

---

GOTTINGAE,

APVD VANDENHOEK ET RVPRECHT.

MDCCXCVIII.

PA
6389
F4 P7
1798

739.381

ILLVSTRISSIMO AC GENEROSISSIMO

D O M I N O

# FRANC. AVG. DE MEDING

M. BRITANN. REGIS ET ELECTORIS BRVNSW. LVNEB. PRAEFECTO REI METALLICAE HERCYNIENSIS VICIBVS FVNGENTI, COLLEGII REDITIBVS REGIIS CVRANDIS CONSILIARIO

HANC FRONTINI EDITIONEM

GRATVM PRO MVLTIS BENEFICIIS ANIMVM

TESTATVRVS, DEDICAT

SEQVE ET SVA COMMENDAT

OBSEQVENTISSIME

GE. FRID. WIEGMANN

CLAVSTHALIENSIS.

LIBRARY
739381
UNIVERSITY OF TORONTO

# PRAEFATIO.

Quum ad inſtruendam latinae linguae doctrinam accederem, recenſum librorum mihi habenti, qui juventutis ejus linguae ſtudioſae, parum tamen exercitatae, uſibus ſatis convenirent, dilectu vulgo fieri ſolito, ei parum proviſum eſſe videbatur. Peracto enim primo in fundamentis poſito curriculo, perlectisque latinis libris facilioribus v. c. Gedickii, V. Cel. et aliorum, exoritur deliberatio, ad quem primum ex antiquitatis ſcriptoribus ſit accedendum, quemnam ſine ulla dubitatione puerorum manibus liceat tradere, ita ut et brevitatem et varietatem juventutis ſtudiis accommodatam in eo haud deſideres. Nominari quidem multi poſſunt, v. c. Eutropius, Nepos, Juſtinus, Valer. Maximus etc. Sed in his nominatis omnia fere ea deſiderantur, quae quam maxime ad juventutis lati-

latinae linguae ſtudium indies augendum conferant. In Eutropio brevitas quidem ſed nulla fere varietas, nulla jucunditas eſt. In Nepote cognitio antiquitatis paullo doctior deſideratur, isque tam breviter, obſcure et incompoſite narrat, ac pauciſſimis verbis ſeriem annorum magnam complectitur, ut ſaepius neſcias, ad quam hiſtoriae univerſalis partem dicta referas. Pugnat omnino id contra principium: cum juventute nullum librum, niſi quem intelligat, aut ſenſibus ingenioque eorum accommodatus ſit, eſſe legendum. Omnino his praeferendus eſſet Juſtinus, niſi immundities ſermonis adverſaretur; ſaepius enim narratiunculis res admiſcet impudicas, quas ſeparare et omittere difficile eſt (V. c. Lib. IX, 6. 7. X. XI, 11. XII, 3. 4. 7. 16). Hujus autem peccati nemo ſcriptorum tantum inincuſandus eſt, quam Valerius Maximus, valde ab aliena manu interpolatus, atque narratiunculis vel parum jucundis, vel inutilibus, vel propter immunditiem ſermonis omittendis, plenus. Sed jam ab aliis haec ſatis perſpecta ſunt, unde juventutis praeceptores, ſcriptoribus antiquitatis omiſſis, Chreſtomathias, ſimilesque libellos vel ex antiquioribus conſcriptos, vel proprio marte compoſitos (v. c. Robinſonum. Hiſt. belli ſept.) juventuti commendant. Verum habet etiam hoc librorum genus plura incommoda, quae hoc loco enarrare nihil attinet. —

Cum ita dubius haererem, quid ſequendum eſſet, in manus incidit liber inſcriptus: *Frontini Strategem.*

*gem.* quem, cum eum curioſius inſpexiſſem, conſilio meo aptiſſimum cognovi, et confirmavit ſententiam meam uſus. Verum de editione, meo conſilio idonea, mihi diſpicienti, deeſſe videbatur talis editio, quae nec notis onerata eſſet, nec tamen omnino nihil haberet, quo juventuti conſultum eſſet. In libro enim tam varias res ac diverſas hiſtorias complexo deſideratur ſaltem temporum et hiſtoriarum notatio, ſine qua ipſa narratio obſcura eſſet. Oudendorpiana vero editio (quae 1731 primum Lugd. Bat. prodiit, et auctior 1779 repetita eſt) maxime in criticis verſatur. Schwebelius (ed. Lipſ. 1772) excerptis ex Oudend. notis ſuas adjecit, et ad calcem Herelii notas criticas addidit. Bipontinae tandem edd. et notis carent, et noſtris temporibus ultra pretium venduntur. Omnino igitur mirandum erat, a noſtratibus Frontinum tantum eſſe neglectum, cum in ſeculo XV et XVI ſaepiſſime impreſſus ſit. Nam editionem principem (Romae 1474) ſecutae ſunt edd. Romae 1478. 1487. 1497. Bononiae 1486. 1495. 1505. Florent. 1496. 1515. 1522. Pariſ. 1515. 1523. 1532. Colon. 1524. Baſil. 1530 etc. Cauſa in titulo, qui a ſcholaſtica diſciplina alienus videbatur, latebat; ſtrategemata enim nihil ad juventutis ſtudia conferre putabant. Sed cum ex hiſtoria tironibus tradenda vix alia via utilitas aliqua percipi poſſit, niſi per exempla eam doceas, ac ſingula facta illuſtriora enarres, antequam ad totum hiſtoriarum ambitum enarrandum accedas: facile intelligitur, ſtrategemata

 doctri-

doctrinae juventutis haud male accommodata eſſe, eamque inde ad ſecundum hiſtoricae inſtitutionis curriculum praeparari. — Aetas juvenilis porro gaudet varietate, brevitate ac facilitate, quas virtutes vix in alio ſcriptore quam Frontino tam junctas invenies. Quaecunque Graeci ac Romani geſſere bella potiora, a Frontino memorata videbis. — Fuere quidem, qui ejus latinitatem ſuſpectam haberent, alii contra eum laudarunt propter ſtilum brevem, ſimplicem et non fucatum, propter ſingulas dictiones puras et elegantes, ſed crebro per librarios turpiſſime corruptas. Praeſtat ſane longe Florum et Valerium Max., et nullus dubitem, quin Frontino velut amico et hoſpite utaris, per quem tirones ad ſcriptores ceteros, Livium, Salluſtium, etc. quin etiam ad Graecos, Herodotum, Xenophontem, et Thucydidem deducas. — Alia vero exoritur quaeſtio de fide Frontini hiſtorica; in qua re quidem fatendum eſt, vel ipſum auctorem multis in locis erraviſſe, vel a librariis vera falſis eſſe interpolata. Id pro certo haberi poteſt, Frontinum cum multa ſtrategemata memoriter narraverit, a vero deflexiſſe, vel ex uno ſtrategemata duo feciſſe. Sed ejusmodi errores in ſingulis ac brevibus narrationibus non tanti momenti, ac in ſcriptoribus hiſtoriarum majoribus habendi ſunt, modo vel in notis, vel a praeceptore notentur. Altera tamen ex parte Frontinus varia ex aetate, cujus ſcriptores amiſſos dolemus, exhibuit ſtrategemata, quorum eum

cum

cum Polyaeno fontem unicum habemus. — Fuere haec, quibus Frontinus commendandus videretur. Sed mihi de edendo eo deliberanti, ad haec duo reſpiciendum erat, primum, ut quam minimo pretio parari poſſet liber, tum ut in quovis ſtrategemate, quantum fieri poterat, annos rerum narratarum adnotarem, fontes enumerarem, et nexum rerum, quarum particula tantum appoſita eſt, ex hiſtoria univerſa exponerem. Opus, quamvis non exquiſite doctum, difficultatibus tamen multis impeditum aggreſſus, quantum et vires et tempus circumſcriptum brevitatisque ſtudium permittebant, ea ratione ad finem perduxi, ut in margine annos, in notis fontes, et ubi neceſſe erat, ſummam hiſtoriae ipſius, vel alias obſervationes, in indice vero nexum hiſtorico - chronologicum et explicationem geographicam apponerem. Equidem non neſcio, utpote in tanto ſtrategematum numero, qui ad DC aſſurgit, multa eſſe relicta, quae explicanda fuiſſent, aliaque fugaci manu eſſe exarata. Sed ſpero fore, ut Benevolus Lector primum hoc mearum virium periculum aequo animo accipiat; et jam ipſe in eo ſum occupatus, ut juventutis ſtudioſae manibus alio tempore tradam librum, quem inſcribo: *Hiſtoriſche Erläuterungen zu Frontins Kriegserzählungen, als ein hiſtoriſches Leſebuch für die Jugend bearbeitet*, in quo plura ad uſum hujus libri proficua apponere decrevi. — Textum ſubjeci Oudendorpianum, nonnullis tantum in

 locis

locis mutatum v. c. pag. 18. ſtrat. 9. pag. 60. ſtrat. 15, ubi res aperte ſic poſcebat. — In fine praefationis liceat quaedam monere de methodo legendi Frontinum, omiſſis iis, quae ad ipſam interpretationis artem ſpectant. Quodſi eum maxime hiſtoriae gratia legere placet, index exhibebit ſeriem ſtrategematum chronologicam et ſecundum gentes ac bella diviſam. Facile eligi poſſunt ſtrategg. quae vel ad Athenienſium, vel Lacedaem. vel Romanorum hiſtoriam pertinent. Alius dilectus ſecundum bella diverſa, v. c. Punica, Perſica, Peloponneſiacum etc. haberi poterit; poſtremo etiam vitae ſingulorum imperatorum v. c. Hannibalis, Caeſaris, ex iis componi poterunt et ad exercitationes ſtili latini adhiberi. Scrib. Gottingae d. XIV. Aprilis MDCCXCVIII.

---

FRON-

# FRONTINI VITA.

S. Jul. Frontinus genere quidem Patricius, ſed ex iis, qui ab imperatoribus inter Patricios adſciti fuerant. Uti patria ejus, ita et res ab eo ad praeturam geſtae in obſcuro ſunt *). Anno p. C. 70. bl. praetor urbanus fuit (Tacit. Hiſt. 4, 38.) Circa ann. 74 Coſ. eſt ſuffectus, fortaſſe collega Domitiani. Anno ſequenti Procoſ. in Britanniam miſſus, ut videtur ſucceſſor Cerialis, Silures, populum bellicoſum devicit; ejusque in hoc imperio ſucceſſor fuit Agricola (Tac. Agr. 17). Anno p. C. 78. Romam reverſus, manum ſcribendis libris admoviſſe videtur. Anno 84 edidit ſtrategemata poſt Domitiani e Germania reditum et poſt confirmatum ei Germanici titulum.

*) Anno p. C. 96 ſtipendia ſub Domitiano eum feciſſe, patet ex Lib. IV, 3, 14.

tulum. Poſt hoc tempus maximam vitae partem Roma ad fruendum quiete et otio abſuiſſe videtur. Anno 97 alterum Coſ. fuiſſe videtur. Eodem anno curator aquarum factus, commentarium de aquaeductibus ſcribere coepit. Anno 101. Aſiae Procoſ. factus videtur, ut patet ex Numo Smyrnaeo. Collegio Augurum cooptatus diem ſupremum obiit U. c. 860. p. C. 106 regnante Trajano. — Teſtimonia de eo, quae in ed. Oudendorp. collecta invenies, ſunt: Tacit. Hiſt. IV, 39. Agric. 17. Plin. II, 8. IX, 19. Martial. Epigr. X, 58. Veget. 1, 8. 2, 3. etc.

---

SEXTI

SEXTI
# JULII FRONTINI
# STRATEGEMATICON
LIBRI QVATVOR.

---

PRAEFATIO
## IN TRES LIBROS PRIORES.

---

Cum ad inſtruendam rei militaris ſcientiam unus ex numero ſtudioſorum ejus acceſſerim, quae deſtinato, quantum cura noſtra valuit, ſatisfeciſſe viſus ſim, deberi adhuc inſtitutae arbitror operae, ut ſollertia ducum facta, quae a Graecis una ϛρατηγηματικῶν appellatione comprehenſa ſunt, expeditis amplectar commentariis. Ita enim conſilii quoque et providentiae exemplis ſuccincti duces erunt; unde illis excogitandi gerendique ſimilia facultas nutriatur. Praeterea continget, ne de eventu trepidet inventionis ſuae, qui probatis eam experimentis comparabit. Illud neque ignoro, neque infitior etiam, rerum geſtarum ſcriptores indagine operis ſui hanc quoque partem eſſe complexos; et âb auctoribus exemplorum quidquid inſigne aliquo modo fuit, traditum. Sed, ut opinor, occupatis velocitate conſuli debet: longum eſt enim ſingula et ſparſa per immenſum corpus hiſtoriarum perſequi; et hi, qui notabilia excerpſerunt, ipſo velut acervo rerum confuderunt legentem. Noſtra ſedulitas impendet operam, ut, quemadmodum res poſcet, ipſum, quod exigitur, quaſi ad interrogatum exhibeat: circumſpectis enim generi-

bus, praeparavi opportuna exemplorum veluti conſilia. Quo magis autem diſcreta ad rerum varietatem apte collocarentur, in tres libros ea diducimus. In primo erunt exempla, quae competant proelio nondum commiſſo. In ſecundo, quae ad proelium et confectam pacationem pertineant. Tertius inferendae ſolvendaeque obſidionis habebit ϛρατηγήματα: quibus deinceps generibus ſuas ſpecies attribui. Huic labori non iniuſte veniam paciſcar, ne me pro incurioſo reprehendat, qui praeteritum aliquod a nobis repererit exemplum. Quis enim ad percenſenda omnia monumenta, quae utraque lingua tradita ſunt, ſufficiat? unde multa tranſire mihi ipſe permiſi: quod me non ſine cauſa feciſſe ſcient, qui aliorum libros, eadem promittentium, legerint. Verum facile erit, ſub unaquaque ſpecie ſuggerere. Nam cum hoc opus, ſicut cetera, uſus potius aliorum, quam meae commendationis cauſa aggreſſus ſim, adjuvari me ab his, qui aliquid illi adſtruent, non argui credam. Si qui erunt, quibus volumina haec cordi ſint, meminerint, ϛρατηγηματικῶν et ϛρατηγημάτων perquam ſimilem naturam diſcernere. Nam tum omnia, quae a duce provide, vtiliter, magnifice, conſtanter fiunt, ϛρατηγηματικὰ habebuntur, ſi in ſpecie eorum ſunt ϛρατηγήματα. Horum proprie vis in arte ſollertiaque poſita proficit, tam, ubi cavendus, quam, ubi opprimendus hoſtis ſit. Qua in re cum verborum, quoque illuſtris exſtiterit effectus ut factorum, ita dictorum exempla poſuimus. Species eorum, quae inſtruant ducem in his, quae ante proelium gerenda ſunt.

INDEX

## INDEX CAPITVM.

*Cap. I.* DE *occultandis conſiliis.*
*II. De explorandis conſiliis hoſtium.*
*III. De conſtituendo ſtatu belli.*
*IV. De transducendo exercitu per loca hoſti infeſta.*
*V. De evadendo ex locis difficilimis.*
*VI. De inſidiis in itinere factis.*
*VII. Quemadmodum ea, quibus deficimur, videantur non deeſſe, aut uſus eorum expleatur.*
*VIII. De diſtringendis hoſtibus.*
*IX. De ſeditione militum compeſcenda.*
*X. Quemadmodum intempeſtiva poſtulatio pugnae inhibeatur.*
*XI. Quemadmodum incitandus ſit ad proelium exercitus.*
*XII. De diſſolvendo metu, quem milites ex adverſis ominibus conceperint.*

SEXTI

# JULII FRONTINI STRATEGEMATICON

## LIBER PRIMUS

### *Cap. I. De occultandis conſiliis.*

a. C. 195 U. c. 559 1. MARCUS Porcius Cato devictas ab ſe Hiſpaniae civitates exiſtimabat in tempore rebellaturas, fiducia murorum. Scripſit itaque ſingulis, ut diruerent munimenta, minatus bellum, niſi confeſtim obtemperaſſent: epiſtolaſque univerſis civitatibus eodem die reddi juſſit. Unaquaeque urbium ſibi ſoli credidit imperatum. Contumaces conſpiratio potuit facere, ſi omnibus idem denuntiari notum fuiſſet.

a. C. 396 Ol. 96, 1. 2. Himilco, dux Poenorum, ut in Siciliam inopinatus appelleret claſſem, non pronuntiavit, quo proficiſceretur; ſed tabellas, in quibus ſcriptum erat, quam partem peti vellet, univerſis gubernatoribus dedit ſignatas; praecepitque, ne quis legeret, niſi vi tempeſtatis a curſu praetoriae navis abductus.

a. C. 203 U. c. 551. 3. Cajus Laelius ad Syphacem profectus legatus, quoſdam ex tribunis & centurionibus per ſpeciem ſervitutis & miniſterii exploratores ſecum duxit, ex quibus L. Statorium, quem, quia ſaepius in eiſdem caſtris fuerat, quidam ex hoſtibus videbantur agno-

I. Liv. 34, 17. ſqq. Appian. b. Hiſp. 51.

II. Res geſta adverſus Dionyſium. Diod. Sic. 14, 54. 55.

III. Cf. I. 2, 1. Saepius Statorius in Syphacis caſtris fuerat; Livius enim narrat, (24, 48) quendam L. Statorium, quem vel hunc vel ejus fratrem putes, U. c. 541. apud Syphacem remanſiſſe, eiusque copias militari diſciplinae adſuefeciſſe.

agnoſcere, occultandae conditionis ejus cauſa baculo, ut ſervum caſtigavit.

4. Tarquinius Superbus pater principes Gabinorum interficiendos arbitratus, quia hoc nemini volebat commiſſum, nihil nuntio reſpondit, qui ad eum a filio erat miſſus: tamen virga eminentia papaverum capita, cum forte in horto ambularet, decuſſit Nuntius ſine reſponſo reverſus, renuntiavit adoleſcenti Tarquinio, quid agentem patrem vidiſſet: ille intellexit, idem eminentibus eſſe faciendum. a. C. 512. U. c. 242.

5. C. Caeſar, quod ſuſpectam habebat Ægyptiorum fidem, per ſpeciem ſecuritatis, inſpectione urbis atque operum, ac ſimul licentioribus conviviis deditus, videri voluit captum ſeſe gratia locorum, ut ad mores Alexandrinos vitamque deficeret: atque inter eam diſſimulationem praeparatis ſubſidiis, occupavit Aegyptum a. C. 48 U. c. 706.

6. Ventidius Parthico bello adverſus Pacorum regem, non ignarus, Pharnaeum quendam, natione Cyrreſten, ex iis, qui ſocii videbantur, omnia, quae apud ipſos agebantur, nuntiare Parthis, perfidiam barbari ad utilitates ſuas convertit. Nam quae maxime fieri cupiebat, ea vereri ſe, ne acciderent; quae timebat, ea ut evenerint, optare ſimulabat. Sollicitus itaque, ne Parthi ante tranſirent Euphratem, quam ſibi ſupervenirent legiones, quas in Cappadocia trans Taurum habebat, ſtudioſe cum proditore egit, uti ſolemni perfidia Parthis ſuaderet, per Zeugma trajicerent exercitum, qua & breviſſimum iter eſt, & omiſſo alveo Euphrates decurrit. Namque ſi illac venirent, aſſeverabat, ſe opportunitate collium uſurum, ad eludendos ſagittarios; a. C. 40 U. c. 714 ſq.



IV. Liv 1, 54. Dionyſ. IV, 54. V. Caeſ. b. civ. 3, 110. VI. Dio Caſſ. 48, 39-41. Iuſt. 42, 4.

tarios; omnia autem vereri, ſi ſe in patentes campos projeciſſent. Inducti hac affirmatione barbari, inferiore itinere per circuitum adduxerunt exercitum: dumque fuſiores ripas, & ob hoc operoſiores pontes jungunt, inſtrumentaque moliuntur, quadraginta amplius dies impenderunt: quo ſpatio Ventidius ad contrahendas uſus eſt copias; eiſque triduo ante, quam Parthus adveniret, receptis, acie commiſſa, vicit Pacorum, & interfecit.

a. C. 66. U. c. 688. 7. Mithridates, circumvallante Pompejo, fugam in proximam diem moliens, hujus conſilii obſcurandi cauſa, latius & uſque ad applicitas hoſti valles pabulatus, colloquia quoque cum pluribus, avertendae ſuſpicionis cauſa, in poſterum conſtituit. Ignes etiam frequentiores per tota caſtra fieri juſſit. Secunda deinde vigilia, praeter ipſa hoſtium caſtra agmen eduxit.

p. C. 82. U. c. 836. 8. Imperator Caeſar Domitianus Auguſtus Germanicus, cum Germanos, qui in armis erant, vellet opprimere, nec ignoraret, majore bellum molitione inituros, ſi adventum tanti ducis praeſenſiſſent, profectionem ſuam cenſu obtexuit Galliarum. Sub quibus inopinato bello affuſus, contuſa immanium ferocia nationum, provinciis conſuluit.

a. C. 207. U. c. 547. 9. Claudius Nero, cum cuperet Haſdrubalem copiasque ejus, antequam Hannibali fratri jungerentur, excidi; idcircoque feſtinaret, ſe Livio Salinatori, collegae ſuo, cui bellum mandatum fuerat, (parum fidens viribus, quae ſub ipſo erant) adjungere, neque tamen diſceſſum ſuum ab Hannibale, cui oppoſitus erat, ſentiri vellet, decem millia

VII. App. Mithr. 99.

VIII. Cf. haec verba adulatoris Frontini, qui ſub hoc imperatore ſtrategemata ſcripſiſſe videtur, cum Dione (lib. 67, ). Is enim memorat, Domitianum in Germaniam cum exercitu profectum, hoſte nusquam viſo, revertiſſe, ac triumphum de Cattis quietis habuiſſe, ſeque Germanicum appellaſſe. Suet. Domit. 13.

IX. Liv. 27, 43 - 50.

lia fortiſſimorum militum delegit, praecepitque legatis, quos relinquebat, ut eaedem ſtationes vigiliaeque agerentur, totidem ignes arderent, eademque facies caſtrorum ſervaretur, ne quid Hannibal ſuſpicatus, auderet adverſus paucitatem relictorum. Cum deinde in Umbria, occultatis itineribus, collegae ſe junxiſſet, vetuit caſtra ampliari, ne quod ſignum adventus ſui Poeno daret, detractaturo pugnam, ſi Conſulum junctas vires intellexiſſet. Igitur inſcium duplicatis aggreſſus copiis ſuperavit, & velocius omni nuntio rediit ad Hannibalem. Ita ex duobus callidiſſimis ducibus Poenorum, eodem conſilio alterum celavit, alterum oppreſſit.

10. Themiſtocles exhortans ſuos ad ſuſcitandos feſtinanter muros, (quos juſſu Lacedæmoniorum dejecerant), legatis Lacedæmone miſſis, qui interpellarent, reſpondit, venturum ſe ad diluendam hanc exiſtimationem; & pervenit Lacedæmonem. Ibi ſimulato morbo aliquantum temporis extraxit, & poſtquam intellexit, ſuſpectam eſſe tergiverſationem ſuam, contendit, falſum ad eos rumorem; & rogavit, ut mitterent aliquos ex principibus, quibus crederent de munitione Athenarum. Suis deinde clam ſcripſit, ut eos, qui veniſſent, retinerent, donec, refectis operibus, confiteretur Lacedæmoniis, munitas eſſe Athenas, neque aliter principes eorum redire poſſe, quam ipſe remiſſus foret: quod facile præſtiterunt Lacedæmonii, ne unius interitum multorum morte penſarent. a. C. 478. Ol. 75, 3.

11. L. Furius, exercitu producto in locum iniquum, cum conſtituiſſet occultare ſollicitudinem ſuam, ne reliqui trepidarent, paulatim ſe inflectens,

 tan-

X. Immo Perſae diruerant muros Ol. 75, 2. Illos, enim, quos juſſu Lacedaemon. poſt proelium apud Aegos flumen a. C. 404 dejecerant, reſtauravit Conon Ol. 96, 2 Diod. XI, 39. 40. et XIV, 85.

XI. Quis fuerit ille L. F. deſideratur. Vid. 1, 5. 13.

tanquam circuitu majore hoſtem aggreſſurus, converſo agmine, ignarum rei, quae agebatur, exercitum incolumem reduxit.

a. C. 142. U. c. 612. 12. Metellus (Pius) in Hiſpania interrogatus, quid poſtera die facturus eſſet, Tunicam meam, ſi id eloqui poſſet, inquit, comburerem.

13. M. Licinius Craſſus percontanti, quo tempore caſtra moturus eſſet, reſpondit: Vereris, ne tubam non exaudias.

## Cap. II. *De explorandis conſiliis hoſtium.*

a. C. 203. U. c. 551. 1. Scipio Africanus, capta occaſione mittendæ ad Syphacem legationis, cum Lælio ſervorum habitu tribunos & centuriones electiſſimos ire juſſit; quibus curae eſſet, perſpicere regias vires. Hi, quo liberius caſtrorum poſitionem ſcrutarentur, equum de induſtria dimiſſum, tanquam fugientem perſectati, maximam partem munimentorum circuierunt: quae cum nuntiaſſent, incendio confectum eſt bellum.

a. C. 308. U. C. 446. 2. Q. Fabius Maximus bello Hetruſco, cum adhuc incognitae forent Romanis ducibus ſagaciores explorandi viae, fratrem Fabium Caelonem, peritum linguae Hetruſcae, juſſit Tuſco habitu penetrare Ciminiam ſilvam, intentatam ante militi noſtro. Quod is adeo prudenter atque induſtrie fecit, ut, transgreſſus ſilvam, Umbros Camertes, cum animadvertiſſet non alienos nomini Romano, ad ſocietatem compulerit.

a. C. 332. Ol. 112, 1. 3. Carthaginienſes cum animadvertiſſent Alexandri ita magnas opes, ut Africae quoque immineret,

XII. Macedonicus eſt, adverſus Viriathum miſſus.

Cap. II. 1. Liv. 30, 3. 4. Plut. in Scip.

II. Liv. 9, 35. 36.

III. Iuſtin 21, 6.

ret, unum ex civibus, virum acrem, nomine Hamilcarem Rhodinum, juſſerunt ſimulato exſilio ire ad regem, omnique ſtudio in amicitiam eius pervenire: qua is potitus, conſilia eius nota civibus ſuis faciebat.

4. Iidem Carthaginienſes miſerunt, qui per ſpeciem legatorum longo tempore Romae morarentur, exciperentque conſilia noſtrorum.

5. M. Cato (in Hiſpania), quia ad hoſtium a. C. 195. U. c. 559.
conſilia alia via pervenire non poterat, juſſit trecentos milites ſimul impetum facere in ſtationem hoſtium, raptumque unum ex his in caſtra perferre incolumem. Tortus ille, omnia ſuorum arcana confeſſus eſt.

6. C. Marius Coſ. bello Cimbrico & Teutoni- a. C. 102. U. c. 652.
co, ad excutiendam Gallorum & Ligurum fidem, literas eis miſit, quarum pars prior praecipiebat, ne interiores, quae praeſignatae erant, ante certum tempus aperirentur: easdem poſtea ante praeſtitutam diem repetiit, et quia reſignatas repererat, intellexit, hoſtilia agitari.

Eſt & aliud explorandi genus, quo ipſi duces nullo extrinſecus adjutorio per ſe provident. Sicut

7. Aemilius (*Paullus*) Coſ. bello Hetruſco apud oppidum Poploniam demiſſurus exercitum in planitiem, contemplatus procul avium multitudinem citatiore volatu ex ſilva conſurrexiſſe, intellexit,



IV. De tali legatione nusquam quid memoratum vidi.

V. Plutarchus in Cat. 13. hoc ſtrategema ei tribuit in bello adverſus Antiochum, in quo legatus conſularis, Coſ Acilio M. Glabrione erat. a. C. 191. U. c. 563.

VI. Frenshem. Suppl. in Liv. 68, 3.

VII. Aemilius Papus eſt. Sed et hujus nominis duo extant Coſſ. quorum alter Q. Aem Papus Coſ. c. Fabric. Luſcino a. C. 282. U. c. 472. Bojos cum Etruſcis conjunctos, alter L. Aem. Papus Coſ. c. Atilio Regulo U. c. 529. a. C. 225. Gallos bello Inſubrico vicit. Bellum appellatum Hetruſcum, quod ibi ſumma rerum gerebatur. Cf. Polyb. II, 19. 20. et 23 - 31.

aliquid illic inſidiarum latere, quod & turbatae aves, & plures ſimul evolaverant. Praemiſſis igitur exploratoribus, comperit, decem millia Bojorum excipiendo ibi Romanorum agmini imminere; eaque alio, quam exſpectabatur, latere miſſis legionibus, circumfudit.

a. C. 1102. 8. Similiter Tiſamenus, Oreſtis filius, cum audiſſet, jugum ab hoſtibus natura munitum teneri, praemiſit ſciſcitaturos, quid rei foret: ac referentibus eis, non eſſe verum, quod opinaretur, ingreſſus iter, ubi vidit, ex ſuſpecto iugo magnam vim avium ſimul evolaſſe, neque omnino reſidere, arbitratus eſt, latere illic agmen hoſtium: itaque circumducto exercitu eluſit inſidiatores.

a. C. 207. U. c. 547. 9. Haſdrubal frater Hannibalis junctum Livii & Neronis exercitum, quamquam hoc illi non duplicatis caſtris diſſimularent, intellexit, quod ab itinere ſtrigoſiores notabat equos, & coloratiora hominum, ut ex via, corpora.

## *Cap. III. De conſtituendo ſtatu belli.*

1. ALEXANDER Macedo, cum haberet vehementem exercitum, ſemper eum ſtatum belli elegit, ut acie confligeret.

2. C. Caeſar bello civili cum veteranum exercitum haberet, hoſtium autem tironem eſſe ſciret, acie ſemper decertare ſtatuit.

a. C. 217. U. c. 537. 3. Fabius Maximus adverſus Hannibalem, ſucceſſibus proeliorum inſolentem, recedere ab ancipiti diſcrimine, & tueri tantummodo Italiam conſtituit, Cunctatoriſque nomen, & per hoc ſummi ducis meruit.

4. By-

VIII. Pauſan. II, 16. 38. VII, 1. Polyaen. 2, 37.

IX. Liv. 27, 47.

III. Liv. 22, 12 - 31.

4. Byzantii adverſus Philippum omne proeliandi diſcrimen evitantes, omiſſa etiam finium tutela, intra munitiones oppidi ſe receperunt, aſſecutique ſunt, ut Philippus obſidionalis morae impatiens recederet. a. C. 340. Ol. 110, 1.

5. Haſdrubal, Giſgonis filius, ſecundo Punico bello, in Hiſpaniam victum exercitum, cum P. Scipio inſtaret, per urbes diviſit. Ita factum eſt, ut Scipio, ne oppugnatione plurium oppidorum diſtringeretur, in hiberna ſuos reduceret. a. C. 208. u. R. 546.

6. Themiſtocles, adventante Xerxe, quia neque proelio pedeſtri, neque finium tutelae, neque obſidioni credebat ſufficere Athenienſes, auctor fuit eis, liberos & conjuges in Troezena, & in alias urbes emittendi, relictoque oppido, ſtatum belli ad navale proelium transferendi. a. C. 480 Ol. 75, 1.

7. Idem fecit in eadem civitate Pericles adverſum Lacedaemonios. a. C. 430. Ol. 87, 1.

8. Scipio, manente in Italia Hannibale, transmiſſo in Africam exercitu, neceſſitatem Carthaginienſibus impoſuit revocandi Hannibalem. Sic a domeſticis finibus hoſtile tranſtulit bellum. a. C. 204. u. R. 550.

9. Athenienſes, cum Deceliam caſtellum ipſorum Lacedaemonii communiſſent, & frequentius vexarentur, claſſem, qua Peloponneſum infeſtarent, miſerunt: conſecutique ſunt, ut exercitus Lacedaemoniorum, qui erat Deceliae, revocaretur. a. C. 414. Ol. 414.

10.

IV. Diod. 16, 74 - 77. Iuſt. 9, 2.

V. Liv. 28, 2, 4.

VI. Diod. XI, 13. Herod. 8, 41.

VII Cum Lacedaemonii devaſtarent Atticam, Athenienſes, auc ore Pericle, liberos, coniuges et ſupellectilem ex agris in urbem, pecora vero et jumenta in Euboeam et circumjacentes inſulas comportarunt, et navibus conſcenſis, Peloponneſum depraedati ſunt. Thucyd. II, 13. 14. 17. ſqq. Iuſt. 3, 7.

VIII. Liv. 29, 24 ſqq. 30, 19. ſq.

IX. Thuc. 6, 93. 7, 18. ſqq. Nep. in Alc. 4.

p. C. 82. 10. Imperator Caeſar Domitianus Auguſtus, cum Germani more ſuo e ſaltibus & obſcuris latebris ſubinde impugnarent noſtros, tutumque regreſſum in profunda ſilvarum haberent, limitibus per centum viginti millia paſſuum actis, non mutavit tantum ſtatum belli, ſed ſubjecit ditioni ſuae hoſtes, quorum refugia nudaverat.

## *Cap. IV. De transducendo exercitu per loca hoſti infeſta.*

a. C. 472. u. R. 282. 1. Aemilius (Paullus) Coſ. cum in Lucanos juxta litus anguſto itinere exercitum duceret, & Tarentini ei claſſe inſidiati, agmen ejus ſcorpionibus aggreſſi eſſent, captivis latera euntium praetexuit, quorum reſpectu hoſtes inhibuere tela.

a. C. 394 Ol. 96, 2. 2. Ageſilaus Lacedaemonius, cum praeda onuſtus ex Phrygia rediret, inſequerenturque hoſtes, & ad locorum opportunitatem laceſſerent agmen ejus, ordinem captivorum ab utroque latere exercitus ſui explicuit: quibus dum parcitur ab hoſte, ſpatium tranſeundi habuerunt Lacedaemonii.

eod. 3. Idem, tenentibus anguſtias Thebanis, per quas transeundum habebat, flexit iter, quaſi Thebas contenderet. Exterritis Thebanis, digreſſisque ad tutanda moenia, repetitum iter, quo deſtinaverat, emenſus eſt, nullo obſiſtente.

4. Nicoſtratus, dux Aetolorum adverſus Epirotas, cum ei aditus in fines eorum anguſti fierent, per alterum locum irrupturum ſe oſtendens, omni illa

X. cf. ad. I, 1. 8.

C. IV. I. Aemilius Barbula ſine dubio eſt, cui bellum adverſus Tarentinos, quod legatos Rom. offenderant, mandatum erat. Frenshem. Suppl. in Liv. 12, 20.

II. Athenienſes fuere et Boeotii, qui ſeſe ei in tranſitu per Helleſpontum oppoſuerunt. Xenoph. h. gr. 4, 2, §. 3. Nep. Ag. 4.

III. Thebani, Corinthii et Argivi a Perſis concitati erant, ut eius reditum impedirent.

illa ad prohibendum occurrente Epirotarum multitudine, reliquit ſuos paucos, qui ſpeciem remanentis exercitus praeberent: ipſe cum cetera manu, qua non exſpectabatur, aditum intravit.

5. Autophradates Perſes, cum in Piſidiam exercitum duceret, & anguſtias quasdam Piſidae occuparent, ſimulata vexatione trajiciendi, inſtituit reducere: quod cum Piſidae credidiſſent, ille noctu validiſſimam manum ad eundem locum occupandum praemiſit, ac poſtero die totum trajecit exercitum. c. Ol. 104, 3

6. Philippus Macedonum rex, Graeciam petens, cum Thermopylas occupatas audiret, & ad eum legati Aetolorum veniſſent acturi de pace, retentis eis, ipſe magnis itineribus ad anguſtias pertendit, ſecurisque cuſtodibus, & legatorum reditus exſpectantibus, inopinatus Thermopylas trajecit. a. C. 207. Ol. 143, 2

7. Iphicrates, dux Athenienſium adverſus Anaxibium Lacedaemonium in Helleſponto contra Abydon, cum transducendum exercitum haberet per loca, quae ſtationibus hoſtium tenebantur, alterum autem latus ejus tranſitus abſciſi montes premerent, alterum mare allueret, aliquamdiu moratus, cum incidiſſet frigidior ſolito dies, & ob hoc nemini ſuſpectus, delegit firmiſſimos quosque, quibus, oleo ac mero calefactis, praecepit, ipſam oram maris legerent, abruptiora tranarent: atque ita cuſtodes anguſtiarum inopinatus oppreſſit a tergo.

8.

V. Ad. b. Artaxerxis cum rebellibus referendum videtur. Diod. 15, 90.

VI. Si recte video, eſt Philippus Demetrii ſecundi filius, qui bellum a C. 207 - 205 cum Aetolis geſſit, Livio teſte (28, 7) hi tenebant Thermopylas.

VII. Inter contentiones Spartanorum, Athenienſium et Perſarum, hoc tempore de imperio Aſiae minoris fere continuas Anaxibius, Abydenis praefectus miſſus, cum civitates plures ad defectionem concitaret, ab Iphicrate victus eſt. Xenoph. h. gr. IV. in fine.

8. Cn. Pompejus, cum flumen tranſire propter oppoſitum hoſtium exercitum non poſſet, aſſidue producere & reducere in caſtra inſtituit: deinde, in eandem perſuaſionem hoſte perducto, ne ullam viam ad progreſſum Romanorum tenerent, repente impetu facto, tranſitum rapuit.

a. C. 327 Ol. 113, 2. 9. a). Alexander Macedo, prohibente rege Indorum Poro trajici exercitum per flumen Hydaſpen, adverſus aquam aſſidue procurrere juſſit ſuos: &, ubi eo more exercitationis aſſecutus eſt, qui a Poro adverſa ripa caveretur, per ſuperiorem partem ſubitam transmiſit exercitum.

b). Idem, quia Indi fluminis trajectu prohibebatur ab hoſte, diverſis locis in flumine equites inſtituit immittere, & tranſitum minari: cumque exſpectatione barbaros intentos teneret, inſulam paulo remotiorem, primum exiguo, deinde majore praeſidio occupavit, atque inde in ulteriorem ripam transmiſit. Ad quam manum opprimendam cum univerſi ſe hoſtes effudiſſent, ipſe libero vado transgreſſus, omnes copias conjunxit.

a. C. 401. Ol. 91, 4. 10. Xenophon, ulteriorem ripam Armeniis tenentibus, duos juſſit quaeri aditus; & cum a citeriore repulſus eſſet, tranſiit ad ſuperiorem. Inde quoque prohibitus hoſtium occurſu, repetiit vadum inferius; juſſa ibidem militum parte ſubſiſtere, ex qua, cum Armenii ad inferioris vadi tutelam rediiſſent, per ſuperius transgrederetur. Armenii credentes, decurſuros omnes, decepti ſunt a remanentibus. Hi cum, reſiſtente nullo, vadum ſuperaſſent, tranſeuntium ſuorum fuere propugnatores.

11.

IX. a) Curt. 8, 13. Arrian. de exp. 5. 2, 9.

IX. b) Non Indus ſed idem fluvius Hydaspes erat. Curt. 8, 12 et Arr. 5, 1.

X. Xenoph. de exp. Cyr. IV, 2. fluvium Centriten nominat inter Armeniam et Carduchos.

11. Ap. Claudius Cos. primo bello Punico, cum a. C. 264.
a Rhegio Meſſanam trajicere militem nequiret, cu- u. R. 490.
ſtodientibus fretum Pœnis, ſparſit rumorem, quaſi bellum injuſſu populi inceptum gerere non poſſet, claſſemque in Italiam verſus ſe agere ſimulavit. Digreſſis deinde Pœnis, qui profectioni ejus habuerant fidem, circumactas naves appulit Siciliæ.

12. Lacedæmoniorum duces, cum Syracuſas na a. C. 416.
vigare deſtinaſſent, et Poenorum diſpoſitam peni- Ol. 91, 1.
tus claſſem timerent, decem Punicas naves, quas captivas habebant, veluti victrices, primas juſſerunt agi, aut a latere junctis, aut puppe religatis aliis: qua ſpecie deceptis Poenis, tranſierunt.

13. Philippus, cum anguſtias maris, quae Cya- c. Ol. 106-
neae appellantur, tranſnavigare propter Athenien- 110.
ſium claſſem, quae opportunitatem loci cuſtodiebat, non poſſet, ſcripſit Antipatro, Thraciam rebellare, praeſidiis, quae ibi reliquerat, interceptis, ut ſequeretur omnibus omiſſis: quae epiſtolae ut interciperentur ab hoſte, curavit. Athenienſes arcana Macedonum excepiſſe viſi, claſſem abduxerunt. Philippus, nullo prohibente, anguſtias freti liberavit.

13. b). Idem, quia Cherroneſum, quae juris Athenienſium erat, occupare prohiberetur, tenentibus tranſitum non Byzantiorum tantum, ſed Rhodiorum quoque, et Chiorum navibus, conciliavit animos eorum reddendo naves, quas ceperat, quaſi ſeque-

XI. Frenshem. ad Liv. ep. 16, 33.

XII. In certamine Athenienſium et Lacedaemoniorum de rebus Siciliae, Poeni, qui de ſubigenda hac inſula moliebantur, eorum poteſtati invidentes, auxilia Syracuſanis, duce Gylippo, a Laced. miſſa avertere voluerunt. Thucyd. VI, 93. 104. Sed iisdem Syracuſanis adverſus Himilconem et alio tempore (Ol. 99, 1). Laced. auxilia duce Pharacida miſerant, Diod. 14, 63.

XIII. Diverſas in Thraciam et Cherſoneſum, quae fere tota Athenienſium erat, fecit expeditiones.

XIII. b. Ex uno duo, ut ſaepius, Frontinus feciſſe ſtrategemata videtur. Expedit. in Byzant. facta Ol. 109, 4.

queſtres futuras ordinandae pacis inter ſe atque Byzantios, qui cauſa belli erant: tractaque per magnum tempus poſtulatione, cum de induſtria ſubinde aliquid in conditionibus relexeret, claſſem per id tempus praeparavit, eaque in anguſtias freti, imparato hoſte, ſubitus evaſit.

c. Ol. 100. ſq. 14. Chabrias Athenienſis, cum adire portum Samiorum, obſtante navali hoſtium praeſidio, non poſſet, paucas e ſuis navibus, praeter portum miſſas, juſſit tranſire, arbitratus, qui in ſtatione erant, perſecuturos: iiſque per hoc conſilium avocatis, nullo obſtante, portum cum reliqua adeptus eſt claſſe.

*Cap. V. De evadendo ex locis difficillimis.*

1. Q. Sertorius, in Hiſpania, cum, a tergo inſtante hoſte, flumen trajicere haberet, vallum in ripa ejus in modum cavae lunae duxit, et oneratum materiis incendit: atque ita, excluſis hoſtibus, flumen libere tranſgreſſus eſt.

a. C. 369. Ol. 102, 4. 2. Similiter Pelopidas Thebanus bello Theſſalico tranſitum quaeſivit: namque caſtris ampliorem locum ſupra ripam complexus, vallum cervulis, et alio materiae genere conſtructum incendit: dumque ignibus ſubmoventur hoſtes, ipſe fluvium ſuperavit.

a. C. 102. U. c. 652 ſq. 3. (Q.) Lutatius Catulus, cum, a Cimbris pulſus, unam ſpem ſalutis haberet, ſi flumen liberaſſet, cujus ripam hoſtes tenebant, in proximo monte copias oſtendit, tanquam ibi caſtra poſiturus: ac praecepit ſuis, ne ſarcinas ſolverent, aut onera deponerent, ne quis ab ordinibus ſigniſque diſcederet,

Cap. V. II. Miſſus Pelopidas a Thebanis, qui Macedonum de imperio certamina componeret. Diod. XV. 61. 67. Nep. Pel. 5.

III. Eſt. L. Cat. Coſ. c. Mario IV. Coſ. Liv. Suppl. 67, 45 ſq. Plut. in Mario 23.

ret: et quo magis perſuaſionem hoſtium confirmaret, pauca tabernacula in conſpectu erigi juſſit, ignesque fieri, et quoſdam vallum ſtruere, quoſdam in lignationem, ut conſpicerentur, exire: quod Cimbri vere agi exiſtimantes, et ipſi caſtris delegerunt locum: diſperſique in proximos agros ad comparanda ea, quae manſuris neceſſaria ſunt, occaſionem dederunt Catulo non ſolum flumen trajiciendi, ſed etiam caſtra eorum infeſtandi.

4. Croeſus, cum Halyn vado tranſire non poſſet, neque navium aut pontis faciendi copiam haberet, foſſa ſuperiori parte poſt caſtra deducta, alveum fluminis a tergo exercitus ſui reddidit. c. a. C. 550. c. Ol. 57.

5. Cn. Pompejus Brundiſii, cum excedere Italia, et transferre bellum, propoſuiſſet, inſtante a tergo Caeſare, conſcenſurus claſſem, quaſdam obſtruxit vias, alias parietibus interſepſit, alias intercidit foſſis, easque, ſudibus erectis praecluſas, operuit cratibus, humo aggeſta; quoſdam aditus, qui ad portum ferebant, trabibus tranſmiſſis, et in denſum ordinem ſtructis, ingenti mole tutatus eſt. Quibus perpetratis, ad ſpeciem retinendae urbis raros pro moenibus ſagittarios reliquit, ceteras copias ſine tumultu ad naves deduxit: navigantem eum mox ſagittarii quoque, per itinera nota digreſſi, parvis navigiis conſecuti ſunt. a. C. 49. u. R. 705.

6. C. Duilius Cos. in portu Syracuſano, quem temere intraverat, objecta ad ingreſſum catena clauſus, univerſos in puppim retulit milites, atque ita reſupina navigia magna remigantium vi concitavit. a. C. 260. u. R. 494.

Leva-

IV. Herod. I, 75. Xenoph. Cyrop. 6, 2.
V. Caeſ. b civ. I, 27.
VI. *Segeſtano* legendum putant; nam Syracuſani tunc, rege Hierone, ſocii Rom. fuere, niſi malis aliam obſidionem ab alio Conſule v. c Marcello ſusceptam intelligere.

Levatae prorae ſuper catenam proceſſerunt: qua parte ſuperata, tranſgreſſi rurſus milites proras preſſerunt, in quas verſum pondus decurſum ſuper catenam dedit navibus.

a. C. c. 404. 7. Lyſander Lacedaemonius, cum in portu Athenienſium cum tota claſſe obſideretur, obrutus hoſtium navibus, ab ea parte, qua faucibus anguſtiſſimis influit mare, milites ſuos clam in litus egredi juſſit, & ſubjectis rotis naves ad proximum portum Monychiam trajecit.

U. c. 670-680. 8. Hirtulejus, legatus Sertorii, cum in Hiſpania inter duos montes abruptos longum & anguſtum iter ingreſſus, paucas duceret cohortes, comperiſſetque, ingentem manum hoſtium adventare, foſſam tranſverſam inter montes preſſit, vallumque materia exſtructum incendit, atque ita intercluſo hoſte evaſit.

a. C. 49. u. R. 705. 9. C. Caeſar, bello civili, cum adverſus Afranium copias educeret, & recipiendi ſe ſine periculo facultatem non haberet; ſicut conſtiterat [b]), prima & ſecunda acie, furtim tertia a tergo ad opus applicata, quindecim pedum foſſam fecit, intra quam ſub occaſum ſolis armati ſe milites eius receperunt.

c. a. C. 430. 10. Pericles Athenienſis, a Peloponneſiis in eum locum compulſus, qui undique abruptis cinctus, duos tantum exitus habebat, ab altera parte foſſam ingentis latitudinis duxit, velut hoſtis excludendi cauſa; ab altera limitem agere coepit, tanquam

b) Vulgo: *ſicut conſtiterat, pr. et ſ. acie furtim a tergo a.*

VII. Lacedaemonii, qui poſt praelium ad Aegos flumen Ol. 93, 4. Piraeum portum et urbem ipſam ceperant, inde Ol. 94, 4. a Thraſybulo depulſi ſunt. Sed nihil conſtat de tali obſidione. Alius fortaſſe portus Athenienſium intelligendus eſt. cf. Xenoph. hiſt. gr. lib. I, 6. et 2, 4.

IX. Caeſ. b. civ. I, 41. 42.

X. De ejus cum Laced. geſtis bellis cf. Thucyd. lib. I.

quam per eum erupturus. Ii, qui obſidebant, cum per foſſam, quam ipſe fecerat, exercitum Periclis non crederent evaſurum, univerſi a limite obſtiterunt. Pericles pontibus, quos praeparaverat, foſſae injectis, ſuos, qua non reſiſtebatur, emiſit.

11. Lyſimachus, ex his unus, in quos opes Alexandri transierunt, cum editum collem caſtris deſtinaſſet, imprudentia autem ſuorum in inferiorem deductus, vereretur ex ſuperiore hoſtium incurſum, triplices foſſas intra vallum objecit: deinde ſimilibus foſſis circa omnia tentoria ductis, tota caſtra confodit; & interſepto hoſtium aditu, ſimul humo quoque, & frondibus, quas foſſis ſuperjecerat, facto ponte, impetu in ſuperiora evaſit. c. a. C. 323-300

12. T. Fontejus (Craſſus), in Hiſpania, cum tribus millibus hominum praedatum profectus [locoque iniquo circumventus] ab Haſdrubale, ad primos tantum ordines relato conſilio, incipiente nocte, quo tempore minime exſpectabatur, per ſtationes hoſtium prorupit.

13. L. Furius, exercitu perducto in locum iniquum, cum conſtituiſſet occultare ſollicitudinem ſuam, ne reliqui trepidarent, paulatim inflexit iter, tanquam circuitu majore hoſtem aggreſſurus: converſoque agmine, ignarum rei, quae agebatur, exercitum incolumem reduxit.

14. P. Decius tribunus, bello Samnitico, Cornelio Coſſo conſuli, iniquis locis deprehenſo ab hoſtibus, ſuaſit, ut ad occupandum collem, qui erat in propinquo, modicam manum mitteret; ſeque ducem iis, qui mittebantur, obtulit. Avocatus in diverſum hoſtis dimiſit conſulem, Decium autem a. C. 343. U. c. 411.



XI. Geſta haec res in bellis inter Alexandri ſucceſſores [illegible]tis.

XII. Plures ejus nominis extant, alter legatus Scipionis, alter Proconſul etc.

XIII. cf. I, 1. 11.

XIV. Liv. 7, 34.

tem cinxit, obſeditque. Illas quoque anguſtias, nc ctu eruptione facta, cum eluctatus eſſet Decius, ir columis cum militibus conſuli acceſſit.

a. C. 258. U. c. 496. 15. Idem fecit ſub Atilio Calatino Coſ. is, cu jus varie traditur nomen. Alii Laberium, nonnul Q. Caeditium, plurimi Calpurnium Flammam vo citatum ſcripſerunt. Hic, cum demiſſum in ea vallem videret exercitum, cujus latera omnia ſup riora hoſtis inſederat, depopoſcit, & accepit tr centos milites; quos adhortatus, ut virtute ſua exe citum ſervarent, in mediam vallem decucurrit: ad opprimendos eos undique deſcendit hoſtis, lo goque et aſpero proelio retentus, occaſionem co ſuli ad extrahendum exercitum dedit.

a. C. 193. U. c. 561. 16. L. Minucius Coſ. in Liguria, demiſſo anguſtias exercitu, cum jam omnibus obverſaret Caudinae cladis exemplum, Numidas auxiliare tam propter ipſorum, quam propter equorum d formitatem deſpiciendos, juſſit adequitare fauc bus, quae tenebantur. Primo intenti hoſtes, n laceſſerentur, ſtationem objecerunt. De induſtr Numidae ad augendum ſui contemtum, labi equi & per ludibrium ſpectaculo eſſe affectaverunt. A novitatem rei laxatis ordinibus, barbari in ſpectac lum uſque reſoluti ſunt. Quod ubi animadvert runt Numidae, paulatim ſuccedentes, additis ca caribus per intermiſſas hoſtium ſtationes eruperun quorum deinde cum proximos irruerent agros, n ceſſe Liguribus fuit avocari ad defendenda ſua, i cluſosque Romanos emittere.

U. c. 664-666 17. L. Sulla, bello ſociali, apud Aeſerniam i ter anguſtias deprehenſus, ad exercitum hoſtiun

c

XV. Flor. 2, 2. §. 13. Liv. epit. VI.

XVI. Eſt Q. Min. Thermus Coſ. c. L. Cornel. Merula. Li 35, 11.

XVII. Suppl. ad Liv. 73, ſqq. Vellej. 2, 16.

cui Mutilus praeerat, colloquio petito, de conditionibus pacis agitabat ſine effectu: hoſtem tamen propter inducias negligentia reſolutum animadvertens, nocte profectus, relicto buccinatore, qui vigilias ad fidem remanentium divideret, &, quarta vigilia commiſſa, conſequeretur, incolumes ſuos cum omnibus impedimentis tormentisque in tuta perduxit.

18. Idem adverſus Archelaum praefectum Mithridatis in Cappadocia, iniquitate locorum & multitudine hoſtium preſſus, fecit pacis mentionem: interpoſitoque tempore etiam induciarum, & per haec avocata intentione, adverſarium evaſit. a. C. 86. U. c. 668.

19. Haſdrubal, frater Hannibalis, cum ſaltum evadere non poſſet, faucibus ejus obſeſſis, egit cum Claudio Nerone, recepitque, dimiſſum ſe Hiſpania exceſſurum: cavillatus deinde conditionibus dies aliquot extraxit; quibus omnibus non omiſit per anguſtos tramites, & ob id neglectos, dimittere per partes exercitum. Ipſe deinde cum reliquis expeditis facile effugit. a. C. 211. U. c. 543.

20. Spartacus foſſam, qua erat a M. Craſſo circumdatus, caeſis captivorum pecorumque corporibus noctu replevit, & ſupergreſſus eſt. a. C. 71. U. c. 683 ſq.

21. Idem in Veſvio obſeſſus, ea parte, qua mons aſperrimus erat, ideoque incuſtoditus, ex vimine ſilveſtri catenas conſeruit: quibus demiſſus non ſolum evaſit, verum etiam ex alio latere Clodium ita terruit, ut aliquot cohortes gladiatoribus quatuor & ſeptuaginta ceſſerint.



XIX. Liv. 26, 17.

XX. Craſſus duxerat foſſam a mari Siculo ad mediterraneum 300 ſtad. (9½ mill. germ.) long. et 15 pedes latam, totidemque altam, eamque praeterea muro muniverat. cf. Plut. in Craſſo 10. Flor. 3, 20.

eod. 22. Idem, cum a P. Varinio Procoſ. praecluſu eſſet, palis per modica intervalla fixis ante poi tam, erecta cadavera, adornata veſte atque armis alligavit, ut procul intuentibus ſtationis ſpecies el ſet, ignibus per tota caſtra factis. Imagine van deluſo hoſte, copias ſilentio noctis eduxit.

a. C. 423. Ol. 89, 1. 23. Braſidas, dux Lacedaemoniorum, circa Am phipolin ab Athenienſium multitudine numero im par deprehenſus, claudendum ſe praeſtitit, ut pe longum coronae ambitum extenuaret hoſtilem fre quentiam: qua que rariſſimi obſtabant, erupit.

c. Ol. 103, 4. 24. Iphicrates in Thracia cum depreſſo loco ca ſtra poſuiſſet, exploraſſet autem ab hoſte proximun teneri collem, ex quo unus ad opprimendos ipſo deſcenſus erat, nocte paucis intra caſtra relictis imperavit, multos ignes facerent; eductoque exe citu, & diſpoſito circa latera praedictae viae, pa ſus eſt tranſire barbaros: locorumque iniquitate, i qua ipſe fuerat, in illos converſa, parte exercitu terga eorum cecidit, parte caſtra fecit.

a. C. 506. 25. Darius, ut falleret Scythas diſceſſu, canes at que aſinos in caſtris reliquit: quos cum latrantes ru denteſque hoſtis audiret, remanere Darium credidi

a. C. 192 U. c. 562 26. Eundem errorem objecturi noſtris Ligure per diverſa loca buculos laqueis ad arbores allig verunt, qui diducti frequentiori mugitu ſpeciem re manentium praebebant hoſtium.

27. Hanno ab hoſtibus clauſus, locum eruptio maxime aptum, aggeſtis levibus materiis incendit tum hoſte ad ceteros exitus cuſtodiendos avocat mil

XXIII. De hac Braſidae expeditione in Amphip. coloniam Athenienſium vid. Thucyd. IV, 102 ſqq. et Diod. 12, 66 ſqq.

XXIV. Nep Iph. 2. Ad eandem expedit. ut I, 4. 7. pertine videtur.

XXV. Iuſt. 2, 5. Herod. I 1. ſqq. 83. ſqq. 135.

XXVI. Simile quid narrat Li 35, 12.

milites per ipſam flammam eduxit, admonitos ora ſcutis, crura veſte contegere.

28. Hannibal, ut iniquitatem locorum, & inopiam, inſtante Fabio Maximo, effugeret, nocte boves, quibus ad cornua faſciculos alligaverat ſarmentorum, ſubjecto igne, dimiſit: cumque ipſo motu adoleſcente flamma turbaretur pecus, magna diſcurſatione montes, in quos actum erat, colluſtravit: Romani, qui ad ſpeculandum concurrerant, primo prodigium opinati ſunt; deinde cum certa Fabio renuntiaſſent, ille de inſidiarum metu ſuos caſtris continuit: barbari, obſiſtente nullo, profecti ſunt. a. C. 217. U. c. 537.

## *Cap. VI. De inſidiis in itinere factis.*

1. Fulvius Nobilior cum ex Samnio in Lucanos exercitum duceret, & cognoviſſet a perfugis, hoſtes noviſſimum agmen ejus aggreſſuros, fortiſſimam legionem primo ire, ultima ſequi juſſit impedimenta. Ita factum pro occaſione amplexi hoſtes, diripere ſarcinas coeperuut. Fulviua legionem, de qua ſupra dictum eſt, quinque cohortes in dextram viae partem direxit, quinqne ad ſiniſtram; atque ita praedationi intentos hoſtes, explicato per utraque latera milite, clauſit, ceciditque. (a. C. 298.)

2. Idem, hoſtibus tergum ejus in itinere prementibus, dum, flumine interveniente, non ita magno, ut tranſitum prohiberet, moraretur tamen rapiditate, alteram legionem in occulto citra flumen collocavit, ut hoſtes, paucitate contemta, audacius



XXVIII. Liv. 22, 16. 17. Polyb. 3, 93. 94. Plut. in Fab. 6.

Cap. VI. 1. Non Fulv. Nobilior ſed Cn. Fulv. Centumalus geſſit b. cum Samnitibus (Liv. 10, 11. 12.) neque adverſus Lucanos, ſed pro iis. Alius Nobilior Procoſ. eſt, qui U. c. 568 de Aetolis triumphavit.

dacius ſequerentur. Quod ubi factum eſt, legio, quae ob hoc diſpoſita erat, ex inſidiis hoſtem aggreſſa vaſtavit.

(a. C. 365.) 3. Iphicrates in Thraciam cum propter conditionem locorum longum agmen deduceret, & nuntiatum ei eſſet, hoſtes ſummum id aggreſſuros, cohortes in utraque latera ſecedere, & conſiſtere juſſit, ceteros ſuffugere, & iter maturare. Tranſeunte autem toto agmine lectiſſimos quosque retinuit: & ita paſſim circa praedam occupatos hoſtes, jam etiam fatigatos, ipſe requietis & ordinatis ſuis aggreſſus, fudit, exuitque praeda.

a. C. 216 U. c. 538 4. Boji in ſilva Litana, qua tranſiturus erat noſter exercitus, ſucciderant arbores, ita ut ex parte exigua ſuſtentatae ſtarent, donec impellerentur: delituerant deinde ad extremas ipſi Boji, ingreſſoque ſilvam hoſte, in proximas ulteriores impulerunt. Eo modo propagata pariter ſupra Romanos ruina, magnam manum eliſerunt.

*Cap. VII. Quemadmodum ea, quibus deficimur, videantur non deeſſe, aut uſus eorum expleatur.*

a. C. 251. U. c. 503. 1. L. Caecilius Metellus, quia uſu navium, quibus elephantos tranſportaret, deficiebatur, junxit dolia, conſtravitque tabulamentis, ac ſuper ea poſitos per Siculum fretum tranſmiſit.

a. C. 218. U. c. 536. 2. Hannibal, cum in praealti fluminis tranſitum elephantos non poſſet compellere, neque navium, aut materiarum, quibus rates contexerentur, copiam haberet, juſſit ferociſſimum elephantum ſub aure

III. vid. ad I. 5, 24.

IV. Liv. 23, 24. L. Poſtumio, Coſ. deſignato.

Cap. VII. I. Polyb. I, 40. Front. 2. 5. 4.

II. Liv. 21, 28. Rhodanus erat.

aure vulnerari, & eum, qui vulneraſſet, tranſnato ſtatim flumine, procurrere. Elephantus exaſperatus, ad perſequendum doloris ſui auctorem, tranſnavit amnem, & reliquis idem audendi fecit exemplum.

3. Carthaginienſium duces, inſtructuri claſſem, quia ſparto deficiebantur, crinibus tonſarum mulierum ad funes efficiendos uſi ſunt. a. C. 148. U. c. 606.

4. Idem Maſſilienſes & Rhodii fecerunt.

5. M. Antonius, a Mutina profugus, cortices pro ſcutis militibus ſuis dedit. a. C. 42. U. c. 712.

6. Spartaco, copiisque ejus, ſcuta ex vimine fuerunt, quae coriis tegebantur.

7. Non alienus, ut arbitror, hic locus eſt, referendi factum Alexandri Macedonis illud nobile, qui per deſerta Africae itinera, graviſſima ſiti cum exercitu affectus, oblatam ſibi a milite in galea aquam, ſpectantibus univerſis, effudit; utilior exemplo temperantiae, quam ſi communicare potuiſſet. a. C. 331. Ol. 112, 2.

## *Cap. VIII. De diſtringendis hoſtibus.*

1. Coriolanus, cum ignominiam damnationis ſuae bello ulciſceretur, populationem patriciorum agrorum inhibuit, deuſtis vaſtatisque plebejorum, ut diſcordiam moveret, qua conſenſus Romanorum diſtringeretur. a. C. 490. U. c. 264.

2 Hannibal Fabium, cui neque virtute, neque artibus bellandi par erat, ut infamia deſtringeret, agris ejus abſtinuit, ceteros populatus. Contra ille, a. C. 217. U. c. 537.



III. Flor. 2, 15.
VI. Flor. 3, 20, 6.
VII. In itinere ad Iovis Hammonis templum. Diod. 17, 51. Curt. 4, 7.

Cap. VIII. I. Liv. 2, 39. ſqq. Dionyſ. 8. 1-3 ſq. Plut. in Coriolan. 28 ſqq.
II. Liv. 22, 23.

ne ſuſpecta civibus fides eſſet, magnitudine animi effecit, publicatis poſſeſſionibus ſuis.

a. C. 295. U. c. 459. 3. Q Fabius Maximus quinto Cos. cum Gallorum, Umbrorum, Hetruſcorum, Samnitiumque adverſus populum Romanum exercitus coiſſent, contra quos & ipſe trans Apenninum in Sentinate caſtra communiebat, ſcripſit Fulvio & Poſtumio, qui in praeſidio urbi erant, copias ad Sitium moverent. Quibus aſſecutis, ad ſua defendenda Hetruſci Umbrique deſcenderunt. Relictos Samnites Galloſque Fabius & collega Decius aggreſſi, vicerunt.

a. C. 290. U. c. 464. 4. M'. Curius adverſus Sabinos, qui ingenti exercitu conſcripto, relictis finibus ſuis noſtros occupaverant, occultis itineribus manum miſit, quae deſolatos agros eorum, vicoſque per diverſa incendit. Sabini ad arcendam domeſticam vaſtitatem receſſerunt. Curio contigit & vacuos infeſtare hoſtium fines, & exercitum ſine proelio avertere, ſparſumque caedere.

a. C. 113. U. c. 641. 5. T. Didius, paucitati ſuorum diffidens, cum in adventum earum legionum, quas exſpectabat, traheret bellum, & occurrere eis hoſtem cemperiſſet, concione advocata, aptari juſſit milites ad pugnam, ac de induſtria negligentius cuſtodiri captivos; ex quibus pauci, qui profugere, nuntiaverunt ſuis, pugnam imminere. At illi, ne ſuſpectione proelii diducerent vires, omiſerunt occurrere eis, quibus inſidiabantur. Legiones tutiſſime, nullo excipiente, ad Didium pervenerunt.

6. Bello Punico quaedam civitates, quae a Romanis deficere ad Poenos deſtinaverant, cum obſides dediſſent, quos recipere, antequam deſciſcerent, ſtude-

III. Fuit Q. Fab. Max. Rullianus. Liv. 10, 27.

IV. M'. Curius cogn. Dentatus. Suppl. in Liv. 11, 20.

V. T. Didius Praeor b. geſſit adverſus Thracas et Scordiſcos. Suppl. in Liv. 63, 29. Flor. 3, 4. 5.

ſt debant, ſimulaverunt ſeditionem inter finitimos ortam, quam Romanorum legati dirimere deberent, miſſoſque eos, velut contraria pignora, retinuerunt, nec ante reddiderunt, quam ipſi recuperarent ſuos.

7. Legati Romanorum, cum miſſi eſſent ad Antiochum regem, qui ſecum Hannibalem victis jam Carthaginienſibus habebat, conſiliumque ejus adverſus Romanos inſtruebat, crebris cum Hannibale colloquiis effecerunt, ut is regi fieret ſuſpectus, cui gratiſſimus alioquin & utilis erat propter calliditatem & peritiam bellandi. a. C. 192. U. c. 562.

8. Q. Metellus, adverſus Jugurtham bellum gerens, miſſos ad ſe legatos ejus corrupit, ut ſibi proderent regem. Cum & alii veniſſent, idem fecit. Eodem conſilio uſus eſt & adverſus tertios. Sed de captivitate Jugurthae res parum proceſſit, vivum enim tradi ſibi volebat: plurimum tamen conſecutus eſt; nam cum interceptae fuiſſent epiſtolae ejus ad regios amicos ſcriptae, in omnes eos rex animadvertit, ſpoliatusque conſiliis, amicos poſtea parare non potuit. a. C. 109. U. c. 645.

9. C. Caeſar, cum per exceptum quendam aquatorem comperiſſet, Afranium Petrejumque caſtra noctu moturos, ut citra vexationem ſuorum hoſtilia impediret conſilia, initio ſtatim noctis vaſa conclamare milites, & praeter adverſariorum caſtra agi mulos cum fremitu, & ſonum continuare juſſit, quo retentos volebat arbitrari, caſtra Caeſarem movere. a. C. 49. U. c. 705.

10. Scipio Africanus ad excipienda auxilia cum commeatibus, Hannibali venientia, M. Thermum dimiſit, ipſe ſubventurus. a. C. 202. U. c. 552.

II.

VII. Liv. 35, 14. Nep. Hann. I.
VIII. Sall. Iug. 46.
IX. Caeſ. b. civ. I, 66.
X. App. Pun. 36.

11. Dionyſius, Syracuſanorum tyrannus, cum Afri ingenti multitudine trajecturi eſſent in Siciliam, ad eum oppugnandum, caſtella pluribus locis communiit, cuſtodibusque praecepit, ut ea advenienti hoſti dederent, dimiſſique Syracuſas occulte redirent. Afris neceſſe fuit, capta caſtella praeſidio ibi tenere; quos Dionyſius, redactos ad quam voluerat paucitatem, paene jam par numero aggreſſus vicit, cum ſuos contraxiſſet, & adverſarios ſparſiſſet.

a. C. 395. 12. Ageſilaus Lacedaemonius, cum inferret bellum Tiſſaphernae, Cariam ſe petere ſimulavit; quaſi aptius locis montuoſis, adverſus hoſtem equitatu praevalentem, pugnaturus. Per hanc conſilii oſtentationem advocato in Cariam Tiſſapherne, ipſe Lydiam, ubi caput hoſtium regni erat, irrupit; oppreſſisque, qui illic agebant, pecunia regia potius eſt.

## *Cap. IX. De ſeditione militum compeſcenda.*

1. A. Manlius Coſ. cum comperiſſet, conjuraſſe milites in hibernis Campaniae, ut, jugulatis hoſpitibus, ipſi res eorum invaderent, rumorem ſpargit, eodem loco hibernaturos; atque ita conjuratorum conſilio turbato, Campaniam periculo liberavit, & ex occaſione nocentes punivit.

2. L. Sulla, cum legiones civium Romanorum pernicioſa ſeditione furerent, conſilio reſtituit ſanitatem efferatis. Propere enim annuntiari juſſit, hoſtem adeſſe, & ad arma vocantium clamorem tolli, ſigna canere. Diſcuſſa ſeditio eſt, univerſis adverſus hoſtem conſentientibus.

3.

XI. Plura cum Poenis geſſit D. bella. cf. Polyaen. 5, 2. 9.

XII. cf. 1, 4. 2. Iuſtin. 6, 2. Nep. c. 3.

Cap. IX. 1. C. Marcio Rutilo Coſ. U. c. 412. a. C. 343. hocce ſtrateg. tribuit Livius 7, 38.

3. Cn. Pompejus, trucidato ab exercitu Mediolani ſenatu, ne tumultum moveret, ſi ſolos evocaſſet nocentes, mixtos eis, qui extra delictum erant, venire juſſit. Ita & noxii minore cum metu, qui non ſegregati, ideoque non ex cauſa culpae videbantur arceſſiri, comparuerunt, & illi, quibus integra erat conſcientia, cuſtodiendis quoque nocentibus attenderunt, ne illorum fuga inquinarentur.

4. C. Caeſar, cum quaedam legiones ejus ſeditionem moviſſent, adeo, ut in perniciem quoque ducis viderentur conſurrecturæ, diſſimulato metu, proceſſit ad milites, poſtulantibusque miſſionem, ultro minaci vultu dedit. Exauctoratos poenitentia coegit ſatisfacere imperatori, obſequentioresque in reliquum operas edere.

## *Cap. X. Quemadmodum intempeſtiva poſtulatio pugnae inhibeatur.*

1. Q. Sertorius, quod experimento didicerat, imparem ſe univerſo Romanorum exercitui, ut barbaros quoque, inconſulte pugnam expoſcentes, doceret, adductis in conſpectum duobus equis, altero praevalido, altero admodum exili, duos admovit juvenes ſimiliter affectos, robuſtum & gracilem: & robuſtiori imperavit, equo exili univerſam caudam abrumpere; gracili autem, valentiorem per ſingula vellere. Cumque gracilis feciſſet, quod imperatum erat, validiſſimus cum infirmi equi cauda ſine effectu luctaretur, Naturam, inquit Sertorius, Romanorum cohortium per hoc vobis exemplum oſtendi, milites: inſuperabiles ſunt univerſas aggredientibus: easdem lacerabit & carpet, qui per partes attentaverit. a.C. 82 ſqq. U. c. 672. 682.

2. Idem

Cap. X. I. cf. Plut. in ej. vita 16.

2. Idem, cum videret ſuos pugnae ſignum inconſulte flagitantes, crederetque rupturos imperium, niſi congrederentur, permiſit turmae equitum ad laceſſendos hoſtes ire; laborantique ſubmiſit alias, & ſic recepit omnes: tum utrisque & ſine noxa oſtendit, quis exitus flagitatam pugnam manſiſſet. Obſequentiſſimis inde eis uſus eſt.

3. Ageſilaus Lacedaemonius, cum adverſus Thebanos caſtra ſuper ripam poſuiſſet, multoque majorem hoſtium manum eſſe intelligeret, & ideo ſuos arcere a cupiditate decernendi vellet, dixit, reſponſo Deûm ſe ex collibus pugnare juſſum: & ita, exiguo præſidio ad ripam poſito, acceſſit in colles. Quod Thebani pro metu interpretati, tranſierunt flumen, & cum facile depuliſſent praeſidium, ceteros inſecuti avidius, iniquitate locorum a paucioribus victi ſunt.

4. Scorylo, dux Dacorum, cum ſciret diſſociatum armis civilibus populum Romanum, neque tamen tentandum arbitraretur, quia externo bello poſſet concordia in cives coaleſcere, duos canes in conſpectu popularium, commiſit, iisque, acerrime inter ipſos pugnantibus lupum oſtendit, quem protinus canes, omiſſa inter ſe ira, aggreſſi ſunt. Quo exemplo prohibuit barbaros ab impetu, Romanis profuturo.

## *Cap. XI. Quemadmodum incitandus ſit ad proelium exercitus.*

a. C. 480. U. c. 274. 1. M. Fabius & Cn. Manlius Coſſ. adverſus Hetruſcos, propter ſeditiones detractante proelium exercitu,

II. l. c.

III. Incertum, utrum in reditu ejus ex Aſia, Ol. 96, 2 an in Laconica ipſa, quam Epaminonda duce Thebani Ol. 94, 2 ingreſſi erant, res ſit geſta.

Cap. XI. I. Seditio jam Coſſ. praecedentibus orta fuerat. Liv. 2, 43. 45. Dion. Hal. 9, 1-13.

citu, ultro ſimularunt cunctationem, donec milites probris hoſtium coacti, pugnam depoſcerent, jurarentque, ſe ex ea victores redituros.

2. Fulvius Nobilior, cum adverſus Samnitium numeroſum exercitum, & ſucceſſibus tumidum, parvis copiis neceſſe haberet decertare, ſimulavit unam legionem hoſtium a ſe corruptam ad proditionem; imperavitque ad ejus rei fidem tribunis, & primis ordinibus, & centurionibus, quantum quisque numeratae pecuniae, aut auri argentique haberet, conferret, ut repraeſentari merces, proditoribus poſſet: ſe autem his, qui contuliſſent, pollicitus eſt, conſummata victoria, ampla inſuper praemia daturum. Quae ſua perſuaſio Romanis alacritatem attulit & fiduciam: unde etiam praeclara victoria, commiſſo ſtatim bello, patrata èſt.

3. C. Caeſar adverſus Germanos & regem Ario- a. C. 58.
viſtum pugnaturus, confuſis ſuorum animis, pro U. c. 696
concione dixit, nullius ſe eo die opera, niſi decimae legionis, uſurum: quo conſecutus eſt, ut decimani tanquam praecipuae fortitudinis teſtimonio cogerentur, & ceteri pudore, ne penes alios gloria virtutis eſſet.

4. Q. Fabius, qui egregie ſciebat, & Romanos a. C. 219.
ejus eſſe libertatis, quae contumelia exaſperaretur, U. c. 535.
& a Poenis nihil juſtum aut moderatum exſpectabat, miſit legatos Carthaginem de conditionibus pacis: quas cum illi iniquitatis & inſolentiae plenas retuliſſent, exercitus Romanorum ad pugnandum concitatus eſt.

5. Ageſilaus, Lacedaemoniorum dux, cum prope ab Orchomeno, ſocia civitate, caſtra haberet, com-

II. cf. ad. I, 61.
III. Caeſ. B. G. I, 39, 41. Front. 4, 5. 1.
IV. Non miſit legatos Q. Fabius, ſed ipſe fuit inter legatos Carthaginem a Senatu miſſos. Cf. Liv. 21, 18. Polyb. 3, 20ſqq.
V. Polyaen. 2, 1. 18.

comperiſſetque, pleroſque ex militibus pretioſiſſima rerum deponere intra munimenta, praecepit oppidanis, ne quid ad exercitum ſuum pertinens reciperetur, quo ardentius dimicaret miles, qui ſciret, ſibi pro omnibus ſuis pugnandum.

a. C. 371. Ol. 102, 2. 6. Epaminondas, dux Thebanorum, adverſus Lacedaemonios dimicaturus, ut non ſolum viribus milites ſui, verum etiam affectibus, adjuvarentur, pronuntiavit in concione, deſtinatum Lacedaemoniis, ſi victoria potirentur, omnes virilis ſexus interficere, uxoribus autem eorum & liberis in ſervitutem abductis, Thebas diruere: qua denuntiatione concitati, primo impetu Thebani Lacedaemonios expugnaverunt.

a. C. 479. Ol. 75, 2. 7. Leutychidas, dux Lacedaemoniorum, pugnaturus eodem die, quo claſſe vicerant ſocii, quamvis ignarus actae rei, vulgavit nuntiatam ſibi victoriam partium, quo conſtantiores ad pugnam milites haberet.

a. C. 297. U. c. 257. 8. A. Poſtumius proelio, quo cum Latinis conflixit, oblata ſpecie duorum in equis juvenum, animos ſuorum erexit, Pollucem & Caſtorem adeſſe dicens, ac ſic proelium reſtituit.

a. C. 367. Ol. 103, 2. 9. Archidamus Lacedaemonius, adverſus Arcadas bellum gerens, arma in caſtris ſtatuit, & circa ea duci equos noctu clam imperavit: quorum veſtigi amane, tanquam Caſtor & Pollux perequitaſſent, oſtendens, adfuturos eosdem ipſis proeliantibus perſuaſit.

10. Pericles, dux Athenienſium, initurus proelium, cum animadvertiſſet lucum, ex quo utraque acies

VI. Ante pugnam ad Leuctra. Diod. 15, 54.

VII. Perſae eodem die pugna navali ad Mycalen, et terreſtri ad Plataeas devicti ſunt. Herod. 9, 90-100. Diod. 11, 34 ſq. Iuſtin. 2, 14.

VIII. Proelium commiſſum ad lacum Regilli. Liv. 2, 19. 20. Dionyſ. 6, 2.

IX. Xenoph. h. gr. 7, 1. §. 18 ſqq. Diod. 15, 72.

acies conſpici poterat, denſiſſimae opacitatis, vaſtum alioquin & Diti patri ſacrum, ingentis illic ſtaturae hominem, altiſſimis cothurnis, & veſte purpurea, ac coma venerabilem, in curru candidorum equorum ſublimem conſtituit, qui, dato ſigno pugnae, proveheretur, & voce Periclen nomine appellans, cohortaretur eum, diceretque, Deos Athenienſibus adeſſe; quo paene ante conjectum teli hoſtes terga verterunt.

11. L. Sulla, quo paratiorem militem ad pugnandum haberet, praedici ſibi a Diis futura ſimulavit. Poſtremo etiam in conſpectu exercitus, priusquam in aciem deſcenderet, ſignum modicae amplitudinis, quod Delphis ſuſtulerat, orabat, petebatque, promiſſam victoriam maturaret.

12. C. Marius ſagam quandam ex Syria habuit, a qua ſe dimicationum eventus praediſcere ſimulabat.

13. Q. Sertorius, cum barbaro & rationis indocili milite uteretur, cervam candidam ingſignis formae per Luſitaniam ducebat, & ab ea, quae agenda aut vitanda eſſent, praenoſcere ſe aſſeverabat, ut barbari ad omnia, tanquam divinitus imperata, obedirent.

Hoc genere Strategematon non ea tantum parte utendum eſt, qua imperitos exiſtimabimus eſſe, apud quos his utemur, ſed multo magis ea, quae talia erunt, excogitabuntur, ut a Diis monſtrata credantur.

14. Alexander Macedo ſacrificaturus inſcripſit medicamento haruſpicis manum, quam ille extis erat ſuppoſiturus. Literae ſignificabant, victoriam Alexandro dari: quas cum jecur calidum rapuiſſet, & a rege militi eſſet oſtenſum, auxit animum, tanquam Deo ſpondente victoriam. 15.

XI. Plut. in Sulla 29.
XII. Plut. in Mario. 17.
XIII. Plut. in Sert. 11. Appian. b. civ. 1, 110.

a. C. 242. Ol. 134, 3. 15. Idem fecit Sudines haruſpex, proelium Eumene cum Gallis commiſſuro.

16. Epaminondas Thebanus, adverſus Lacedaemonios fiduciam ſuorum religione adjuvandam ratus, arma, quae ornamentis affixa in templis erant, nocte ſubtraxit, perſuaſitque militibus, Deos iter ſuum ſequi, ut proeliantibus ipſis adeſſent.

17. Ageſilaus Lacedaemonius, cum quosdam Perſarum cepiſſet, quorum habitus multum terroris praefert, quoties veſte tegitur, nudatos militibus ſuis, ut alba corpora & umbratica contemnerent, oſtendit.

(a. C. 480) (Ol. 75, 1.) 18. Gelo, Syracuſanorum tyrannus, bello adverſus Poenos ſuſcepto, cum multos cepiſſet, infirmiſſimum quemque praecipue ex auxiliaribus, qui nigerrimi erant, nudatum in conſpectu ſuorum produxit, ut perſuaderet contemnendos.

(a. C. 570.) 19. Cyrus, rex Perſarum, ut concitaret animos popularium, tota die in excidenda quadam ſilva eos fatigavit; deinde poſtridie praeſtitit eis liberaliſſimas epulas, & interrogavit, utro magis gauderent. Cumque ei praeſentia probaſſent: Atqui per haec, inquit, ad illa perveniendum eſt: nam liberi beatique eſſe, niſi Medos viceritis, non poteſtis. Atque ita eos ad cupiditatem proelii concitavit.

20. L. Sulla, quia adverſus Archelaum, praefectum Mithridatis, apud Piraea pigrioribus ad proelium militibus utebatur, opere eos fatigando compulit ad poſcendum ultro pugnae ſignum.

21.

XV. Galli fuere ii, qui habitabant in Galatia. Iuſt. 27, 3.

XVI. Ante pugnam ad Leuctra Xenoph. h. gr. VI, 4. 7. Diod. 15, 53.

XVII. Xenoph. h. gr. 3, 4. §. 19.

XVIII. Gelo videtur eſſe filius Dinomenis primi Syracuſanorum tyranni, qui adverſus Poenos feliciter pugnavit. Herod. 7, 165. ſq.

XIX. Herod. I, 125. ſq. Iuſt. I, 6. 4.

XX. In oppugnando Piraeo, quem Archelaus fortiſſime defendebat. App. Mithr. 32 et 40.

21. Fabius Maximus, veritus, ne qua fiducia (a. C. 315) U. c. 439.
ium, ad quas refugium erat, minus conſtanter
unaret exercitus, incendi eas, priusquam iniret
elium, juſſit.

## p. XII. *De diſſolvendo metu, quem milites ex adverſis conceperint ominibus.*

Scipio, ex Italia in Africam tranſportato exer- a. C. 204. U. c. 550.
1, cum egrediens navem prolapſus eſſet, & ob
c attonitos milites cerneret, id, quod trepidatio-
m afferebat, conſtantia & magnitudine animi,
hortationem convertit, &, Ludite, inquit, mi-
s: Africam oppreſſi.

2. C. Caeſar, cum forte conſcendens navem la-
is eſſet, Teneo te, terra mater, inquit, qua in-
pretatione effecit, ut repetiturus illas, a quibus
oficiſcebatur, terras videretur.

3. T. Sempronius Gracchus Coſ. acie adverſus a. C. 268. U. c. 486.
entes directa, cum ſubitus terrae motus utraſ-
e partes confudiſſet, exhortatione confirmavit
s, & impulit, ut conſternatum ſuperſtitione in-
derent hoſtem, adortuſque devicit.

4. Sertorius, cum equitum ſcuta extrinſecus,
uorumque pectora cruenta ſubito prodigio ap-
ruiſſent, victoriam portendi interpretatus eſt, quo-
m illae partes ſolerent hoſtili cruore reſpergi.

5. Epaminondas Thebanus, contriſtatis militi- Ol. 102, 2.
s, quod ex haſta ejus ornamentum, infulae more
pendens, ventus ablatum in ſepulcrum Lacedae-
onii cujusdam depulerat: Nolite, inquit, milites
pidare; Lacedaemoniis ſignificatur interitus. Se-
lcra enim funeribus ornantur.

 6.

XXI. Non naves, ſed caſtra Fab. Dictator incendi juſſit. . 9, 23. Simile ſtrat. Iuſtin. 6 ab Agathocle narrat. p. XII. II, Suet. Caeſ. 59.

III. P. Sempronius Sophus erat, qui et de Picentibus, ſociis Tarentinorum, triumphavit. Suppl. in Liv. 15, 9. Flor. I, 19. V. Diod. 15, 52.

6. Idem, cum fax de coelo nocte delapſa, qui adverterunt, terruiſſet: Lumen, inquit, numina oſtendunt.

7. Idem, inſtante adverſus Lacedaemonios gna, cum ſedile, in quo reſederat, ſuccubui & id vulgo pro triſti ſignificatione confuſi mi interpretarentur: Immo, inquit, vetamur ſede

a. C. 168. U. c. 586. 8. C. Sulpicius Gallus defectum lunae immi tem, ne pro oſtento exciperent milites, praec futurum, additis rationibus cauſisque defectioni

a. C. 310. Ol. 117, 2. 3. 9. Agathocles Syracuſanus, adverſus Poe ſimili ejuſdem ſideris deminutione, qua ſub d pugnae, ut prodigio, milites ſui conſternati er ratione, qua id acciderit, expoſita, docuit, q quid illud foret, ad rerum naturam, non ad i rum propoſitum pertinere.

10. Pericles, cum in caſtra ejus fulmen deci ſet, terruiſſetque milites, advocata concione, l dibus in conſpectu omnium colliſis ignem excu ſedavitque conturbationem, cum docuiſſet, ſin ter nubium attritu excuti fulmen.

11. Timotheus Athenienſis, adverſus Corcyr navali proelio decertaturus, gubernatori ſuo, qui p ficiſcenti jam claſſi ſignum receptui coeperat d quia ex remigibus quendam ſternutantem audie Miraris, inquit, ex tot millibus unum perfrixiſſ

12. Chabrias Athenienſis claſſe dimicaturus, cuſſo ante navem ipſius fulmine, exterritis per prodigium militibus, Nunc, inquit, potiſſim ineunda pugna eſt, cum Deorum maximus Jup adeſſe numen ſuum claſſi noſtrae oſtendit.

VIII. Coſ. Aemilio Paullo, nocte ante pugnam ad Pydnam. Liv. 44, 37. Plin. lib. 2, 12.

IX. Diod. 20, 5. Juſt. 22, 6.

X. De hac veterum opinione, de fulminibus attritu aëris excuſſis vid. Senec. qu. nat. 22

XI. Non adverſus Corcyra ſed in eorum auxilium mi erat Ol. 101, 3. Diod. 15, 47 lyaen. 3, 10. 2.

# S. JULII FRONTINI
# TRATEGEMATICON
## LIBER SECUNDVS.

## PRAEFATIO.

SPOSITIS primo libro exemplis, inſtructuris nea fert opinio) ducem in his, quae ante com- ım proelium agenda ſunt, deinceps reddemus nentia ad ea, quae in ipſo proelio agi ſolent, einde ea, quae poſt proelium. Eorum, quae roelium pertinent, ſpecies ſunt:

## INDEX CAPITUM.


*I. DE tempore ad pugnam eligendo.*
*II De loco ad pugnam eligendo.*
*III De acie ordinanda.*
*IV De acie hoſtium turbanda.*
*V. De inſidiis*
*VI. De emittendo hoſte, ne clauſus proelium ex deſperatione redintegret*
*VII. De diſſimulandis adverſis.*
*VIII. De reſtituenda per conſtantiam acie.*


n deinde, quae poſt proelium agenda ſunt, has eſſe ſpecies exiſtimaverim:


*IX. Si res proſpere ceſſerint, de conſummandis reliquiis belli.*
*X. Si res durius ceſſerit, de adverſis emendandis.*
*XI. De dubiorum animis in fide retinendis.*
*XII. Quae facienda ſunt pro caſtris, ſi ſatis fiduciae in praeſentibus copiis non habeamus.*
*XIII. De effugiendo.*

*Cap. I. De tempore ad pugnam eligendo*

a. C. 206. U. c. 548. 1. P. Scipio in Hiſpania, cum comperiſſet, drubalem, Poenorum ducem, jejuno exercitu i proceſſiſſe in aciem, continuit in horam ſepti ſuos, quibus praeceperat, ut quieſcerent, & c caperent: cumque hoſtes inedia, ſiti, mora armis fatigati, repetere caſtra coepiſſent, copias eduxit, &, commiſſo proelio, vicit.

a. C. 76. U. c. 678. 2. Metellus Pius in Hiſpania adverſus Hi jum, cum ille, oriente protinus die, inſtr aciem vallo ejus admoviſſet, fervidiſſimo tunc pore anni, intra caſtra ſuos continuit in h diei ſextam, atque ita fatigatos aeſtu, facile gris & recentibus ſuorum vicit viribus.

eod. 3. Idem, junctis cum Pompejo caſtris ad Sertorium in Hiſpania, cum ſaepe inſtruxiſſet hoſte, qui imparem ſe duobus credebat, pu detractante, quodam deinde tempore, cum rianos milites animadvertiſſet magno impe ſtinctos, depoſcentes pugnam, humerosque rentes, & lanceas vibrantes, exiſtimavit, cedendum in tempore, recepitque exercitu Pompejo idem faciendi auctor fuit.

a. C. 262. U. c. 492. 4. Poſtumius Coſ. in Sicilia, cum caſtra Punicis trium millium paſſuum ſpatio diſtare dictatores Carthaginienſium quotidie ante ip nimenta Romanorum dirigerent aciem, exig nu levibus aſſidue proeliis pro vallo reſ quam conſuetudinem contemnente jam Poe liquis omnibus per quietem intra vallum pr

Cap. I. I. Haec res accuratius narratur a Livio 28, 14. 15. cf. Front. I, 3. 1.

II. Iam U. c. 674 adverſus eum miſſus fuerat a Sulla. Liv. Suppl. 91, 25.

III. Pomp. cum aux tello acceſſit. Suppl. ad L

IV. Hanno, ut Ha a Poſtumio Agrigenti i liberaret, Conſulem a concitavit. Suppl. in L

tis, ex more priſtino, cum paucis ſuſtentavit incurſum adverſariorum, ac ſolito diutius detinuit: quibus ſatigatis, poſt ſextam horam, & jam ſe recipientibus, cum & inedia quoque laborarent, per recentes ſuos hoſtem, quem praedicta profligaverant incommoda, fugavit.

5. Iphicrates Athenienſis, quia exploraverat, eodem aſſidue tempore hoſtes cibum capere, maturius veſci ſuos juſſit, & eduxit in aciem, aggreſſusque hoſtem ita detinuit, ut ei neque confligendi, neque abeundi daret facultatem. Inclinato deinde jam die, reduxit ſuos, & nihilominus in armis retinuit. Fatigati hoſtes non ſtatione magis, quam inedia, ſtatim ad corporis curam & cibum capiendum feſtinaverunt: Iphicrates rurſus eduxit, & incompoſiti hoſtis aggreſſus eſt caſtra.

6. Idem, cum adverſus Lacedaemonios pluribus diebus caſtra cominus haberet, & utraque pars certis temporibus aſſidue pabulatum lignatumque procederet, quodam die militum habitu ſervos lixasque dimiſit ad munera, milites retinuit; & cum hoſtes diſperſi iſſent ad ſimilia munera, expugnavit caſtra eorum, inermesque, cum faſciculis paſſim ad tumultum recurrentes, facile aut cecidit, aut cepit.

7. Virginius Coſ. in Volſcis, cum procurrere hoſtes effuſos ex longinquo vidiſſet, quieſcere ſuos, ac defixa tenere pila juſſit. Tunc anhelantem integris viribus exercitus ſui aggreſſus avertit. a. C. 494. U. c. 260.

8. Fabius Maximus, non ignarus, Gallos & Samnites primo impetu praevalere, ſuorum autem infatigabiles ſpiritus inter moras decertandi etiam in- a. C. 295. U. c. 459.



V. Pol. 3, 9. 53.
VI. ib. 52.
VII. Liv. 2, 30. Dion. Hal. 6, 30. ſq.
VIII. Galli Samnitibus auxilio venerant. Liv. 10, 28. 29.

incaleſcere, imperavit militibus, contenti eſſent primo congreſſu ſuſtinere, ut hoſtem mora fatigarent: quod ubi ſucceſſit, admoto etiam ſubſidio ſuis, in prima acie univerſis viribus oppreſſum fudit hoſtem.

a. C. 338. Ol. 110, 3. 9. Philippus ad Chaeroniam, memor, ſibi eſſe militem longo uſu duratum, Athenienſibus acrem quidem, ſed inexercitatum, & impetu tantum violentum, ex induſtria proelium traxit: moxque languentibus jam Athenienſibus, concitatius intulit ſigna, et ipſos cecidit.

(a. C. 668.) (Ol. 28, 1.) 10. Lacedaemonii, certiores ab exploratoribus facti, Meſſenios in eam exarſiſſe rabiem, ut in proelium cum conjugibus ac liberis deſcenderent, pugnam diſtulerunt.

11. C. Caeſar bello civili, cum exercitum Afranii & Petreji circumvallatum ſiti angeret, isque ob hoc exaſperatus, interfectis omnibus impedimentis, ad pugnam deſcendiſſet, continuit ſuos, arbitratus alienum dimicationi tempus, quo adverſarios & ira & deſperatio incenderat.

a. C. 66. U. c. 688. 12. Cn. Pompejus, fugientem Mithridatem cupiens ad proelium compellere, elegit tempus dimicationi nocturnum, ut abeunti ſe opponeret: atque ita praeparatus, ſubitam hoſtibus neceſſitatem decernendi injecit. Praeterea ſic conſtituit aciem, ut Ponticorum quidem oculos adverſa luna praeſtringeret, ſuis autem illuſtrem & conſpicuum praeberet hoſtem.

13.

IX. Diod. 16, 87. Iuſt. 9, 4.

X. Haud dubie b. Meſſenico II. duce Ariſtomene. Is enim, Eira urbe, qua interclusus fuerat, expugnata, feminas, liberas et milites debiles in mediam, juventutem vero in anteriorem et poſteriorem conſtituit aciem, et ita adverſus Spartanos progreſſus eſt. Pauſan. IV, 24.

XI. Caeſ. b. civ. 1, 81 ſqq.

XII. Dio. Caſſ. 36, 28. ſqq. App. Mithrid. 99. Plut. in Pomp. 32. Flor. 3, 5. §. 23.

13. Iugurtham autem conſtat, memorem virtutis Romanorum, ſemper inclinato die committere proelia ſolitum, ut, ſi fugarentur ſui, opportunam noctem haberent ad deliteſcendum.

14. Lucullus adverſus Mithridatem & Tigranem, in Armenia majore apud Tigranocertam, cum ipſe non amplius quindecim millia armatorum haberet, hoſtis autem innumerabilem multitudinem, eoque ipſo inhabilem, uſus hoc ejus incommodo, nondum ordinatam hoſtium aciem invaſit, atque ita protinus diſſipavit, ut ipſi quoque reges, abjectis inſignibus, fugerent. a. C. 69. U. c. 685.

15. Tiberius Nero adverſus Pannonios, cum barbari feroces in aciem, oriente ſtatim die, proceſſiſſent, continuit ſuos, paſſusque eſt, hoſtem nebula & imbribus, qui forte illo die crebri erant, verberari; ac demum, ubi feſſum ſtando & pluvia non ſolum animo, ſed & laſſitudine deficere animadvertit, ſigno dato, adortus ſuperavit. a. C. 12. U. c. 742.

16. C. Caeſar in Gallia, quia comperaerat, Arioviſto, Germanorum regi, inſtitutum, & quaſi legem eſſe militibus non pugnandi, decreſcente luna, tum potiſſimum acie commiſſa, impeditos religione hoſtes vicit. a. C. 58. U. c. 696.

17. Divus Auguſtus Veſpaſianus Judaeos Saturni die, quo eis nefas eſt, quidnam ſeriae rei agere, adortus ſuperavit. p. C. 70. U. c. 823.

18. Lyſander Lacedaemonius adverſus Athenienſes apud Aegoſpotamos inſtituit certo tempore infeſta-

C 5

XIV. App. Mithr. § 5. Plut. in Lucullo 27.

XV. Bis vicit Pannonios. Vellej. 2, 96. Dio. 54, 34.

XVI Caeſ. B. G. I, 50 ſqq. Tac. Germ 11. Plut. in Caeſ. 19

XVII. Veſpaſianus iam (p. C. 66) a Nerone miſſus, Iudaeos ſuperaverat. Hoc vero ſtrategema potius Tito tribuendum, qui die Saturni Hieroſolyma cepit et excidit. Dio. 66. init. Tac. Hiſt. 5, 4 ſqq. Iuſt. 36, 2.

XVIII. Xenoph. h. gr. 2, 1. 13 ſqq. Diod. 13, 105. ſqq. Iuſt. 5, 5. 6.

ſeſtari naves Athenienſium, deinde revocare claſſem. Ea re in conſuetudinem perducta, cum Athenienſes poſt digreſſum ejus ad contrahendas copias diſpergerentur, extendit ex conſuetudine claſſem, & recepit. Tum hoſtium maxima parte ex more dilapſa, reliquos adortus cecidit, & univerſas naves cepit.

## Cap. II. *De loco ad pugnam eligendo.*

a. C. 275. U. c. 479. 1. M'. Curius, quia phalangi regis Pyrrhi explicitae reſiſti non poſſe animadvertebat, dedit operam, ut in anguſtiis confligeret, ubi conferta ſibi ipſa eſſet impedimento.

a. C. 66. U. c. 688. 2. Cn. Pompejus in Cappadocia elegit caſtris locum editum: unde, adjuvante proclivio impetum militum, facile ipſo decurſu Mithridatem ſuperavit.

a. C. 47. U. c. 706. 3. C. Caeſar adverſus Pharnacem, Mithridatis filium, dimicaturus, in colle inſtruxit aciem: quae res expeditam ei fecit victoriam. Nam pila, ex edito in ſubeuntes barbaros emiſſa, protinus eos averterunt.

a. C. 69. U. c. 685. 4. Lucullus, adverſus Mithridatem & Tigranem in Armenia majore apud Tigranocertam dimicaturus, collis proximi planum verticem raptim cum copiarum parte adeptus, in ſubjectos hoſtes decucurrit, & equitatum eorum a latere invaſit, averſumque, & eorundem partem pedites proturbantem inſecutus, clariſſimam victoriam retulit.

5.

Cap. II. 1. Plut. in Pyrrho 25. Erraviſſe videtur Frontinus. Non enim conſtat, Pyrrhum in Italia uſum eſſe phalange; et Manius eum non in anguſtiis ſed in planitie vicit. Sed Plutarchus (in Pyrrho 26) memorat, eum praedandi cauſa incurſionem feciſſe in Macedoniam ibique in faucibus, ſuperata Macedonum phalange, Antigonum viciſſe. a. C. 274. Ol. 126, 3. Iuſt. 25, 3.

II. Dio. 36, 28 ſqq.

III. Caeſ. b. Alex. 34 — 42. Plut. Caeſ. — App. b. civ. 2, 91. Pharnaces regnum paternum recuperare auſus erat.

5. Ventidius adverſus Parthos non ante militem a. C. 39.
eduxit, quam illi quingentis non amplius paſſibus U. c. 715.
abeſſent; atque ita procurſione ſubita adeo ſe admovit, ut ſagittas, quibus ex longinquo uſus eſt, cominus applicitus eluderet: quo conſilio, quia quandam fiduciae etiam ſpeciem oſtentaverat, celeriter barbaros debellavit.

6. Hannibal, apud Numiſtronem contra Marcel- a. C. 210.
lum pugnaturus, cavas & praeruptas vias objecit U. c. 544.
a latere; ipſaque loci natura pro munimentis uſus, clariſſimum ducem vicit.

7. Idem apud Cannas, cum comperiſſet, Voltur- a. C. 216.
num amnem, ultra reliquorum naturam fluminum, U. c. 538.
ingentes auras mane proflare, quae arenarum & pulveris vertices agerent, ſic direxit aciem, ut tota vis a tergo ſuis, Romanis in ora & oculos incideret. Quibus incommodis mire hoſti adverſantibus, illam memorabilem adeptus eſt victoriam.

8. Marius adverſus Cimbros ac Teutonos con- a. C. 101.
ſtituta die pugnaturus, firmatum cibo militem ante U. c. 653
caſtra collocavit, ut per aliquantum ſpatii, quo adverſarii dirimebantur, exercitus hoſtium potius labore itineris profligaretur: fatigatione deinde eorum incommodum aliud objecit, ita ordinata ſuorum acie, ut adverſo ſole, & vento, & pulvere, barbarorum occuparetur exercitus.

9. Cleomenes Lacedaemonius, adverſus Hippiam a. C. 511.
Athenienſem, qui equitatu praevalebat, planitiem, Ol. 67, 2.
in

V. Dio. Caſſ. 49, 20.

VI. Liv. VI, 2. Non vicit ſed victus eſt Hannibal.

VII. Livius amnem Aufidum ventum vero Volturnum appellat, qui ab undis Aufidi excitabatur. Nisi itaque *Volturnus* ſit epitheton Aufidi, Apuliae fl., error eſt auctoris, qui ventum V. cum Volturno Campaniae fl. permutavit. Liv. 22, 43.

VIII. Flor. 3, 3. 15. Supplem. in Liv. 68, 59.

IX. Herod. 5, 64.

in qua dimicaturus erat, arboribus proſtratis impedivit, & inviam equiti fecit.

10. Hiberi in Africa ingenti hoſtium multitudine excepti, timenteſque, ne circuirentur, applicuerunt ſe flumini, quod altis in ea regione ripis profluebat: qui ita a tergo amne defenſi, & ſubinde, cum virtute praeſtarent, incurſando in proximos, omnem hoſtium exercitum ſtraverunt.

a. C. 255. U. c. 499. 11. Xanthippus Lacedaemonius ſola loci commutatione, fortunam Punici belli convertit: nam cum a deſperantibus jam Carthaginienſibus mercede ſollicitatus, animadvertiſſet, Afros quidem, qui equitatu & elephantis praeſtabant, colles ſectari, a Romanis autem, quorum robur in pedite erat, campeſtria teneri, Poenos in plana deduxit: ubi per elephantos diſſipatis ordinibus Romanorum, ſparſos milites per Numidas perſecutus, eorum exercitum fudit, in illam diem terra marique victorem.

a. C. 371. Ol. 102, 2. 12. Epaminondas, dux Thebanorum, adverſus Lacedaemonios directurus aciem, pro fronte ejus decurrere equitibus juſſis, cum ingentem pulverem oculis hoſtium objeciſſet, exſpectationemque equeſtris certaminis praetendiſſet, circumducto pedite ab ea parte, ex qua decurſus in averſam hoſtium aciem ferebat, inopinantium terga adortus cecidit.

a. C. 480. Ol. 75, 1 13. Lacedaemonii trecenti contra innumerabilem multitudinem Perſarum, Thermopylas occupaverunt, quarum anguſtiae non amplius, quam pa-

X. Qui fuerint Hiberi in Africa, deſideratur. Ad b. Carthag. cum mercenariis rebellibus a. C. 239-237 referendum videtur.

XI. b. Pun. 1. Polyb. 1, 33. ſq. Flor. 2, 2. 23.

XII. In proelio apud Leuctra res acta videtur. Xenoph. h. gr. 4, 9.

XIII. Juſt. 2, 11. 8. Herod. 7, 214.

parem numerum cominus pugnaturum, poterant admittere: easque ratione, quantum ad congreſſus facultatem, aequati numero barbarorum, virtute autem praeſtantes, magnam eorum partem ceciderunt: nec ſuperati forent, niſi per proditorem Ephialten Trachinium circumductus hoſtis, a tergo eos oppreſſiſſet.

14. Themiſtocles, dux Athenienſium, cum videret utiliſſimum Graeciae, adverſus multitudinem Xerxis navium, in anguſtiis Salaminiis decernere, idque perſuadere civibus non poſſet, ſollertia effecit, ut a barbaris ad utilitates ſuas Graeci compellerentur: ſimulata namque proditione, miſit ad Xerxen, qui indicaret, populares ſuos de fuga cogitare, difficilioremque ei rem futuram, ſi ſingulas civitates obſidione agrrederetur. Qua ratione effecit, ut exercitus barbarorum primum inquietaretur, dum tota nocte in ſtatione cuſtodia eſt: deinde, ut ſui mane integris viribus, cum dictis barbaris, vigilia marcentibus, confligerent, loco, ut voluerat, arto, in quo Xerxes multitudine, qua praeſtabat, uti non poſſet. a. C. 480. Ol. 75, 1.

## Cap. III. De acie ordinanda.

1. Cn. Scipio in Hiſpania, adverſus Hannonem ad oppidum Jntibilim, cum animadvertiſſet Punicam aciem ita directam, ut in dextro cornu Hiſpani conſtituerentur, robuſtus quidem miles, ſed qui alienum negotium ageret, in ſiniſtro autem Afri, miles viribus infirmior, ſed animi conſtantioris; reducto ſiniſtro latere ſuorum, dextro cor- a. C. 215. U. c. 539.

XIV. Herod. 8, 41. Iuſt. 2, 12. Diod. 11, 13. Plut. in Them. 12. ſq.

Cap. III. 1. Hoc proelium non ad Intibilim ſed ad Sciſſim, Indibilis, regis Ilergetum, oppidum eſt commiſſum. Liv. 21, 60. Polyb. 3, 76.

cornu, quod validiſſimis militibus exſtruxerat, obliqua acie cum hoſte conflixit. Deinde, fuſis fugatiſque Afris, Hiſpanos, qui in receſſu ſpectantium more ſteterant, facile in deditionem compulit.

a. C. 359. Ol. 105, 2. 2. Philippus, Macedonum rex, adverſus Illyrios gerens bellum, ut animadvertit frontem hoſtium ſtipatam electis de toto exercitu viris, latera autem infirmiora, fortiſſimis ſuorum in dextro cornu collocatis, ſiniſtrum latus hoſtium invaſit, turbataque tota acie, victoriam profligavit.

a. C. 353. Ol. 106, 4. 3. Pammenes Thebanus, conſpecta Perſarum acie, quae robuſtiſſimas copias in dextro cornu collocatas habebat, ſimili ratione & ipſe ſuos ordinavit, omnemque equitatum & fortiſſimum quemque peditum in dextro cornu, infirmiſſimos autem contra fortiſſimos hoſtium poſuit, praecepitque, ut ad primum impetum eorum ſibi fuga conſulerent, & in ſilveſtria confragoſaque loca ſe reciperent. Ita fruſtrato robore exercitus, ipſe optima parte virium ſuarum, [dextro cornu,] totam circuit aciem hoſtium, & avertit.

a. C. 206. U. c. 548. 4. P. Cornelius Scipio, cui poſtea Africano cognomen fuit, adverſus Haſdrubalem, Poenorum ducem, in Hiſpania bellum gerens, ita per continuos dies ordinatum produxit exercitum, ut media acies fortiſſimis fundaretur: ſed cum hoſtes quoque eadem ratione aſſidue ordinati procederent, Scipio eo die, quo ſtatuerat decernere, commutavit inſtructionis ordinem, & firmiſſimos, id eſt, legionarios, in cornibus collocavit, ac levem armaturam in media acie, ſed retractam. Ita cornibus, qui-

II. Diod. 16, 4.
III. In auxilium miſſus erat Artabazo contra Perſas rebellanti. Diod. 16, 34. Pauſan. Arcad. 8.
IV. Liv. 28, 14.

quibus ipſe praevalebat, infirmiſſimas hoſtium partes lunata acie aggreſſus, facile fudit.

5. Metellus in Hiſpania, eo proelio, quo Hirtulejum devicit, cum comperiſſet, cohortes ejus, quae validiſſimae vocabantur, in media acie locatas, ipſe mediam ſuorum aciem reduxit, ne ea parte ante cum hoſte confligeret, quam cornibus conſligatis medios undique circumveniſſet. a. C 76. U. c. 678.

6. Artaxerxes adverſus Graecos, qui Perſidem intraverant, cum multitudine ſuperaret, latius, quam hoſtes, acie inſtructa, in fronte equitem, levemque armaturam in cornibus collocavit, atque, ex induſtria lentius procedente media acie, copias hoſtium cinxit, ceciditque. a. C. 401. Ol. 94, 4.

7. Contra Hannibal ad Cannas reductis cornibus, productaque media acie, noſtros primo impetu protruſit. Idem conſerto proelio, paulatim invicem ſinuantibus, procedentibusque ad praeceptum cornibus, avide inſequentem hoſtem in mediam aciem ſuam recepit, & ex utraque parte compreſſum cecidit, veterano & diu edocto uſus exercitu. Hoc enim genus ordinationis exſequi, niſi peritus, & ad omne momentum reſpondens miles, vix poteſt. a. C. 216. U. c. 538.

8. Livius Salinator & Claudius Nero, cum Haſdrubal bello Punico ſecundo decertandi neceſſitatem evitans, in colle confragoſo poſt vineas aciem direxiſſet, ipſi diductis in latera viribus, vacua fronte ex utraque parte circumvenerunt eum, atque ita aggreſſi ſuperaverunt. a. C. 207. U. c. 547.

9. Hannibal, cum frequentibus proeliis a Claudio Marcello ſuperaretur, noviſſime ſic caſtra meta-

VI. Proelium apud Cynaxa commiſſum. Non vero Graecos ſed Cyrum cum ceteris ejus copiis cecidit. Xenoph. in exp luſt. 5, 11. Plut. in Artax. 10. ſqq.

VII. Liv. 27, 48.

VIII. Liv. 27, 39 ſqq.

tabatur, ut aut montibus, aut paludibus, aut ſimili locorum aliqua opportunitate adjutus, aciem eo modo collocaret, ut, vincentibus quidem Romanis, paene indemnem recipere poſſet intra munimenta exercitum; cedentibus autem, inſtandi liberum haberet arbitrium.

a. C. 255. U. c. 499. 10. Xanthippus Lacedaemonius in Africa adverſus M. Attilium Regulum levem armaturam in prima acie collocavit, in ſubſidio autem robur exercitus: praecepitque auxiliaribus, ut excuſſis telis cederent hoſti; & cum ſe intra ſuorum ordines recepiſſent, confeſtim in latera diſcurrerent, & a cornibus rurſus erumperent, exceptumque jam hoſtem a robuſtioribus & ipſi circuirent.

11. Sertorius idem in Hiſpania adverſus Pompejum fecit.

Ol. 84, 1. 12. Cleandridas Lacedaemonius adverſus Lucanos denſam inſtruxit aciem, ut longe minoris exercitus ſpeciem praeberet. Securis deinde hoſtibus, in ipſo certamine diduxit ordines, & a lateribus circumventos eos fudit.

a. C. 377. Ol. 100, 4. 13. Gaſtron Lacedaemonius, cum in auxilium Aegyptiis adverſus Perſas veniſſet, & ſciret, firmiorem eſſe Graecum militem, magiſque a Perſis timeri, commutatis armis, Graecos in prima poſuit acie, & cum illi aequo Marte pugnarent, ſubmiſit Aegyptiorum manum. Perſae, cum Graecis, quos Aegyptios opinabantur, reſtitiſſent, ſuperveniente multitudine, quam ut Graecorum expaverant, ceſſerunt.

14.

XII. Cleandridas, exul Spartanus, dux Thuriorum in bello cum Tarentinis de Siritide terra orto erat. Nam Lucanorum fere continua cum coloniis graecis huius regionis fuere bella. Diod. 12, 23. Heyne Acad. Opp. To. II. p. 140. Pol. 2, 10. 4.

XIII. Athenienſes Perſis ſub Iphicrate, Lacedaemonii vero Aegyptiis, cum Gaſtrone, auxilia miſerant.

14. Cn. Pompejus in Albania, quia hoſtes innumero equitatu praevalebant, juxta collem in anguſtiis protegere galeas, ne fulgore earum conſpicui fierent, juſſit [milites;] equites deinde in aequum procedere, ac velut praetendere militibus: praecepitque eis, ut ad primum impetum hoſtium refugerent; &, ſimul ad pedites ventum eſſet, in latera diſcederent. Quod ubi explicitum eſt, patefacto loco ſubita peditum conſurrexit acies, invectoſque temere hoſtes, inopinato interfuſa proelio cecidit. a. C. 65. U. c. 689.

15. M. Antonius adverſus Parthos, qui infinita multitudine ſagittarum exercitum ejus obruebant, ſubſidere ſuos, & teſtudinem facere juſſit: ſupra quam tranſmiſſis ſagittis, ſine militum noxa exhauſtus eſt hoſtis. a. C. 36. U. c. 718.

16. Hannibal adverſus Scipionem in Africa, cum haberet exercitum ex Poenis & auxiliaribus, quorum pars non ſolum ex diverſis partibus, ſed etiam ex Italicis conſtabat, poſt elephantos octoginta, qui in prima fronte poſiti hoſtium turbarent aciem, auxiliares Gallos, & Ligures, & Baleares, Mauroſque poſuit, ut non fugere poſſent, Poenis a tergo ſtantibus, & hoſtem oppoſiti ſi non infeſtarent, at certe fatigarent: tum ſuis & Macedonibus, qui jam feſſos Romanos integri exciperent, in ſecunda acie collocatis, noviſſimos Italicos conſtituit, quorum & timebat fidem, & ſegnitiem verebatur, quoniam pleroſque eorum ab Italia invitos extraxerat. Scipio adverſus hanc formam, robur legionis, triplici acie in fronte ordinatum per haſtatos & principes & triarios a. C. 202. U. c. 552.

XIV. b. Mithridatico adverſus Iberos et Albanos, qui ei, Mithridatem perſequenti, inſidias paraverant. Plut. in Pomp. 34 ſq. Dio. 37, init.

XV. Dio. L. 49. Plut. Ant. 45.

XVI. Liv. 30, 33.

rios oppoſuit: nec continuas conſtruxit cohortes, ſed manipulis inter ſe diſtantibus ſpatium dedit, per quod elephanti ab hoſtibus acti facile tranſmitti ſine perturbatione ordinum poſſent. Ea ipſa intervalla expeditis velitibus implevit, ne interluceret acies: dato iis praecepto, ut ad impetum elephantorum, vel retro, vel in latera concederent. Equitatum deinde in cornua diviſit, & dextro Romanis equitibus Laelium, ſiniſtro Numidis Maſiniſſam praepoſuit: quae tam prudens ordinatio non dubie cauſa victoriae fuit.

a. C. 86. U. c. 668. 17. Archelaus adverſus L. Sullam, in fronte ad perturbandum hoſtem falcatas quadrigas locavit, in ſecunda acie phalangem Macedonicam, in tertia, Romanorum more, armatos auxiliares, mixtis fugitivis Italicae gentis, quorum pervicaciae plurimum fidebat; levem armaturam in ultimo ſtatuit. In utroque dein latere equitatum, cujus amplum numerum habebat, circueundi hoſtis cauſa poſuit. Contra haec Sulla foſſas amplae latitudinis in utroque latere duxit, & capitibus earum caſtella communiit: qua ratione, ne circuiretur ab hoſte, & peditum numero, & maxime equitatu ſuperante, conſecutus eſt. Triplicem deinde peditum aciem ordinavit, relictis intervallis, per levem armaturam, & equitem, quem in noviſſimo collocaverat, ut, cum res exegiſſet, emitteret. Tum poſtſignanis, qui in ſecunda acie erant, imperavit, ut denſos numeroſosque palos firme in terram defigerent: intraque eos, appropinquantibus quadrigis, anteſignanorum aciem recepit. Tum demum, ſublato univerſorum clamore, velites & levem armaturam ingerere tela juſſit. Quibus factis quadrigae hoſtium

XVII. b. Mithrid. proelio ad Thurium commiſſo. Plut. in Sulla 18. 19.

um aut implicitae palis, aut exterritae clamore
liſque, in ſuos conuerſae ſunt, turbaveruntque
acedonum inſtructuram. Qua cedente, cum Sulla
iret, & Archelaus equitem oppoſuiſſet, Romani
uites ſubito emiſſi, averterunt eos, conſumma-
ntque victoriam.

18. C. Caeſar Gallorum falcatas quadrigas eadem
tione palis defixis excepit, inhibuitque.

19. Alexander ad Arbela, cum hoſtium multi- a. C. 331.
dinem vereretur, virtuti autem ſuorum fideret, Ol. 112, 2.
iem in omnem partem ſpectantem ordinavit, ut
cumventi undique pugnare poſſent.

20. Paullus adverſus Perſen, Macedonum regem, a. C. 168.
m is phalangem ſuorum duplicem, mediam in U. c. 586.
rtem direxiſſet, eamque levi armatura cinxiſſet,
equitem in utroque cornu collocaſſet, triplicem
iem cuneis inſtruxit, inter quos ſubinde velites
iſit. Quo genere cum profligari nihil videret,
dere inſtituit, ut hac ſimulatione perduceret ho-
s in confragoſa loca, quae ex induſtria captave-
t. Cum ſic quoque ſuſpecta calliditate receden-
m, ordinata ſequeretur phalanx, equites a ſini-
o cornu praeter ora phalangis juſſit tranſcurrere,
atis equis actos, ut objectis armis ipſo impetu
aefringerent hoſtium ſpicula: quo genere telo-
m exarmati Macedones ſolverunt aciem, & terga
rterunt.

21. Pyrrhus pro Tarentinis apud Aſculum, ſe- a. C. 279.
ndum Homericum verſum, quo peſſimi in me- U. c. 475.
um recipiuntur, dextro cornu Samnitas Epiro-
que, ſiniſtro Bruttios atque Lucanos cum Sal-



XVIII. Caeſar. (b. Alex. 75.)
arnacis copiis quadrigas falca-
tribuit. Galli tantum covin-
falcatis uſi ſunt.

XIX. Arrian. 3, 8. ſqq. Curt.
9 ſqq.

XX. Liv. 44, 41. Plut. in
Paullo 18 ſqq.

XXI. Plut in Pyrrho. 21, Flor.
I, 18. 9. Homer. verſus eſt.
Il. δ. 300.

lentinis, in media acie Tarentinos collocavit, equ tatum & elephanthos in ſubſidiis eſſe juſſit. Cont Coſſ. aptiſſime diviſis in cornua equitibus, legi nes in prima acie & in ſubſidiis locaverunt, & immiſcuerunt auxilia. Quadraginta millia utrimq fuiſſe conſtat. Pyrrhi dimidia pars exercitus amiſ apud Romanos quinque millia deſiderata ſunt.

a. C. 45. U. c. 706. 22. Cn. Pompejus adverſus C. Caeſarem, I laepharſali triplicem inſtruxit aciem, quarum ſing lae denos ordines in latitudinem habuerunt. Leg nes, ſecundum virtutem cujusque, firmiſſimas cornibus, & in medio collocavit; ſpatia his int poſita tironibus ſupplevit, dextro latere ſexcen equites, propter flumen Enipea, quod & alveo ſ & alluvie regionem impedierat, reliquum equi tum in ſiniſtro cornu cum auxiliis omnibus loca ut inde Julianum exercitum circuiret. Adver hanc ordinationem Julius Caeſar & ipſe triplici a diſpoſitis in fronte legionibus, ſiniſtrum latus, circuiri poſſet, admovit paludibus. In dextro co equitem poſuit, cui velociſſimos miſcuit peditu ad morem equeſtris pugnae exercitatos. Sex dei cohortes in ſubſidio retinuit, ad res ſubitas: dextro latere converſas in obliquum, unde eq tatum hoſtium exſpectabat, collocavit. Nec u res eo die plus ad victoriam Caeſari contulit: ef ſum namque Pompeji equitatum inopinato excu averterunt, caedendumque tradiderunt.

23. Imperator Caeſar Auguſtus Germanicus, c ſubinde Catti equeſtre proelium, in ſilvas refugi do, diducerent, juſſit ſuos equites, ſimulatque impedita ventum eſſet, equis deſilire, pedeſtri pugna confligere. Quo genere conſecutus eſt, quis non locus ejus victoriam miraretur.

XXII. Caeſ. b. civ. 3, 88. 89. XXIII. Domitianus. cf. 1, 3.

24. C. Duilius, cum videret graves ſuas naves a. C. 260.
bilitate Punicae claſſis eludi, irritamque virtu- U. c. 494.
militum fieri, excogitavit manus ferreas: quae
hoſtilem apprehenderunt navem, ſuperjecto
ite, transgrediebatur Romanus, & in ipſorum
bus cominus eos trucidabat.

*Cap. IV. De acie hoſtium turbanda.*

Papirius Curſor filius, conſul, cum aequo a. C. 293.
rte adverſus obſtinatosSamnites concurreret, igno- U. c. 461.
tibus ſuis, praecepit Spurio Nautio, ut pauci
res, & agaſones mulis inſidentes, ramosque per
am trahentes, a colle transverſo magno tumultu
urrerent: quibus proſpectis, proclamavit, vi-
rem adeſſe collegam; occuparent ipſi praeſentis
elii gloriam: quo facto & Romani fiducia con-
iti ſunt, et Samnites prae pulvere perculſi terga
tere.

2. Fabius Rullus Maximus quarto conſulatu in a. C. 295.
nnio, omni modo fruſtra conatus aciem hoſtium U. c. 459.
rumpere, noviſſime haſtatos ſubduxit ordini-
, & cum Scipione, legato ſuo, circummiſit,
itque collem capere, ex quo decurri poterat in
ſtium terga. Quod ubi factum eſt, Romanis
vit animus, & Samnites perterriti, fugam mo-
ites, caeſi ſunt.

3. Minucius Rufus imperator, cum a Scordiſcis a.C. 110. ſq.
cisque premeretur, quibus impar erat numero, U.c. 644 ſq.
emiſit fratrem, & paucos equites una cum ae-
atoribus; praecepitque, ut, cum vidiſſet con-
ctum proelium, ſubitus ex diverſo ſe oſtenderet,
eretque aeneatores concinere. Sonantibus mon-

 tium

XIV. Polyb. I, 22. Flor. 22, 9. latu quinto.
Cap. IV. 1. Liv. 10, 40. III. Suppl. in Liv. 65, 18. Flor.
II. Liv. 10, 28. 29. Conſu- 3, 4.

tium jugis, ſpecies ingentis multitudinis offuſa e
hoſtibus, qua perterriti dedere terga.

a. C. 191. 4. Acilius Glabrio Coſ. adverſus Antiochi reg
U. c. 563. aciem, quam is in Achajam pro anguſtiis Th
mopylarum direxerat, iniquitatibus loci non ir
tus tantum, ſed cum jactura quoque repulſus eſſ
niſi circummiſſus ab eo Porcius Cato, qui tu
iam conſularis, tribunus militum a populo fact
in exercitu erat, dejectis jugis Callidromi Aetol
qui ea praeſidio tenebant, ſuper imminentem
ſtris regiis collem, a tergo ſubitus apparuiſſet. Q
facto perturbatis Antiochi copiis, utrinque irrup
Romani, & fuſis fugatisque caſtra ceperunt.

a. C. 357 ſq. 5. C. Sulpicius Peticus (Cos.) contra Gallos
U. c. 397. micaturus, juſſit muliones clam in montes pro
mos cum mulis abire, & indidem conſerto j
proelio, velut equis inſidentes oſtentare ſe pugn
tibus: quare Galli exiſtimantes, adventare aux
Romanis, ceſſere jam paene victores.

a. C. 102. 6. Marius, circa aquas Sextias, cum in ani
U. c. 652. haberet poſtera die depugnare adverſus Teutor
Marcellum cum parva manu equitum peditum
noctu poſt terga hoſtium miſit, & ad implen
multitudinis ſpeciem, agaſones lixaſque arm
ſimul ire juſſit, jumentorumque magnam par
inſtratorum centunculis, ut per hoc facies equ
tus objiceretur; praecepitque, ut, cum anim
vertiſſent committi proelium, ipſi in terga hoſt
deſcenderent. Qui apparatus tantum terroris i
lit, ut aſperrimi hoſtes in fugam verſi ſint.

U. c. 680-682. 7. Licinius Craſſus, fugitivorum bello apud
lamarcum educturus militem, adverſus Caſtun

IV. Liv. 36, 14-18. ſqq.
V. Livius (7, 14) eum Dictatorem appellat, miſſum contra Bojos.
VI. Plut. Mar. 20. Sup
Liv. 68, 21.
VII. Vid. 2, 5. 34.

Gannicum duces Gallorum, duodecim cohortes cum C. Pomptinio & Q. Marcio Rufo legatis, poſt montem circummiſit: quae cum, commiſſo jam proelio, a tergo clamore ſublato decucurriſſent, ita fuderunt hoſtes, ut ubique fuga, nuſquam pugna capeſſeretur.

8. M. Marcellus, cum vereretur, ne paucitatem ejus militum clamor detegeret, ſimul lixas caloneſque, & omnis generis ſequelas conclamare juſſit: atque ita hoſtem magni exercitus ſpecie exterruit. a. C. 215. U. c. 539.

9. Valerius Laevinus, adverſus Pyrrhum, occiſo quodam gregali, tenens gladium cruentum, utrique exercitui perſuaſit, Pyrrhum interemtum. Quamobrem hoſtes deſtitutos ſe ducis morte credentes, conſternati a mendacio, ſe pavidi in caſtra receperunt. a. C. 280. U. c. 474.

10. Jugurtha, in Numidia, adverſus C. Marium, cum Latinae quoque linguae uſum ei converſatio priſtina caſtrorum dediſſet, in primam aciem procucurrit, & occiſum ab ſe C. Marium tum Latine clare praedicavit: atque ita multos noſtrorum avertit. a. C. 107. U. c. 647.

11. Myronides Athenienſis, dubio proelio adverſus Thebanos rem gerens, repente in dextrum ſuorum cornu proſiluit, & exclamavit, ſiniſtro jam ſe viciſſe: qua re & ſuis alacritate, & hoſtibus metu injecto, vicit. a. C. 457. Ol. 80, 4.

12. *Croeſus* praevalido hoſtium equitatui camelorum gregem oppoſuit: quorum novitate & horrore a. C. 548. Ol. 58, 1.



VIII. Liv. 23, 16.

IX. Id eo facilius iis perſuadere poterat, cum ſcirent, Pyrrhum ipſum, ne inſignis eſſet, inter proelium veſtes mutaſſe. Plut. Pyrrh. 16. 17. Flor. 1, 18. 7. Caeterum Laevinus a P. victus eſt.

X. Sall. Iug. 101.

XI. cf. IV, 7. 21. proelio ad Tanagram. Diod. 11, 81. Thucyd. 1, 108

XII. Non Croeſus ſed Cyrus erat. Vid. Herod. 1, 80. Polyaen. 7, 6.

rore conſternati equi, non ſolum inſidentes praecipitaverunt, ſed peditum quoque ſuorum ordines protriverunt, vincendosque hoſti praebuerunt.

a. C. 280. U. c. 474. 13. Pyrrhus, Epirotarum rex, pro Tarentinis adverſus Romanos, eodem modo elephantis ad perturbandam aciem uſus eſt.

14. Poeni quoque adverſus Romanos idem fecerunt frequenter.

a. C. 388. U. c. 366. 15. Volſcorum caſtra cum prope virgulta ſilvasque poſita eſſent, Camillus ea omnia, quae conceptum ignem uſque in vallum perferre poterant, incendit: & ſic adverſarios exuit caſtris.

16. P. Craſſus, bello ſociali, eodem modo prope cum copiis omnibus interceptus eſt.

a. C. 228. U. c. 526. 17. Hiſpani contra Hamilcarem boves vehiculis adjunctos in prima fronte conſtituerunt, vehiculaque taedae, ſebi, & ſulphuris plena, ſigno pugnae dato, incenderunt: actis deinde in hoſtem bubus, conſternatam aciem perruperunt.

18. Faliſci & Tarquinienſes, compluribus ſuorum in habitum ſacerdotum ſubornatis, faces & angues furiali habitu praeferentibus, aciem Romanorum turbaverunt.

19. Idem Vejentes & Fidenates facibus arreptis fecerunt.

a. C. 341. Ol. 109, 4. 20. Atheas, rex Scytharum, cum adverſus ampliorem Triballorum exercitum confligeret, juſſit a feminis & pueris, omnique imbelli turba, greges aſinorum ac boum ad poſtremam hoſtium aciem admoveri, & erectas haſtas praeferre. Famam deinde diffudit, tanquam auxilia ſibi ab ulterioribus Scythis adventarent: qua aſſeveratione avertit hoſtem.

*Cap. V.*

XV. Liv. 6, 2.
XVI. Cenſorius erat. cf. Cic. de orat. 3, 3.
XVII. Hamilcar ipſe periit. Nep. in ej. vita 4, App. Hiſpanic. c. 5.
XVIII. Liv. 7, 17.
XIX. Liv. 4, 33.
XX. Iuſt. 9, 2.

## *Cap. V. De inſidiis.*

1. Romulus, per latebras copiarum parte diſpoſita, cum ad Fidenas acceſſiſſet, ſimulata fuga temere hoſtes inſecutos eo perduxit, ubi occultos habebat milites: qui undique adorti effuſos & incautos ceciderunt. U. R. 15-17.

2. Q. Fabius Maximus Cos. auxilio Sutiinis miſſus adverſus Hetruſcos, omnes hoſtium copias in ſe convertit: deinde ſimulato timore, in ſuperiora loca, velut fugiens, receſſit, effuſeque ſubeuntes aggreſſus, non acie tantum ſuperavit, ſed etiam caſtris exuit. a. C. 310. U. c. 444.

3. Sempronius Gracchus adverſus Celtiberos, metu ſimulato, continuit exercitum. Emiſſa deinde armatura levi, quae hoſtem laceſſeret, ac ſtatim pedem referret, evocavit hoſtem: deinde inordinatos aggreſſus, uſque eo cecidit, ut etiam caſtra caperet. a. C. 179. U. c. 575.

4. Metellus Cos. in Sicilia bellum adverſus Haſdrubalem gerens, ob ejus ingentem exercitum & centum triginta elephantos intentior, ſimulata diffidentia, intra Panormum copias tenuit, foſſamque ingentis magnitudinis ante ſe duxit. Conſpecto deinde exercitu Haſdrubalis, qui in prima acie elephantos habebat, praecepit haſtatis, tela in belluas jacerent, protinuſque ſe intra munimenta reciperent. Ea ludificatione rectores elephantorum concitati, in ipſam foſſam elephantos egerunt; quo ut primum illaqueati ſunt, partim magnitudine telorum confecti, partim retro in ſuos acti, totam aciem turbaverunt. Tunc Metellus, hanc ope- a. C. 251. U. c. 503.

D 5

Cap. V. I. Liv. 1, 14. Dion. Hal. 2, 53-55.
II. Liv. 9, 35.
III. Liv. 40, 48. Flor. 2, 17, §. 9.
IV. L. Caecil. Metellus. Procos. Flor. 2, 2. §. 27. Suppl. in Liv. 19, 53. Polyb. 1, 39. 40.

operiens occaſionem, cum toto exercitu erupit, & aggreſſus a latere Poenos cecidit, ipſiſque & elephantis potitus eſt.

a. C. 529. Ol. 68, 4. 5. Tomyris, Scytharum regina, Cyrum Perſarum ducem, aequo Marte certantem, ſimulato metu elicuit ad notas militi ſuo anguſtias, atque ibi, repente converſo agmine, natura loci adjuta, devicit.

6. Aegyptii conflicturi acie in eis campis, quibus junctae paludes erant, alga eas contexerunt, commiſſoque proelio, fugam ſimulantes, in inſidias hoſtes evocaverunt: qui rapidius vecti per ignota loca, limo inhaeſerunt, circumventique ſunt.

a. C. 147. U. c. 607. 7. Viriathus, ex latrone dux Celtiberorum, cedere ſe Romanis equitibus ſimulans, usque ad locum voraginoſum & praealtum eos perduxit: & cum ipſe per ſolidos ac notos ſibi tranſitus evaderet, Romanos ignaros locorum, immerſosque limo, cecidit.

a. C. 181. U. c. 573. 8. Fulvius imperator, Celtiberico bello, collatis cum hoſte caſtris, equites ſuos juſſit ſuccedere ad munitiones eorum, laceſſitisque barbaris, ſimulata fuga recedere. Hoc cum per aliquot dies feciſſet, avide inſequentibus Celtiberis, animadvertit, caſtra eorum ſolita nudari: itaque per partem exercitus cuſtodita conſuetudine, ipſe cum expeditis poſt caſtra hoſtium conſedit occultus, effuſisque eis ex more, repente adortus, & deſertum proruit vallum, & caſtra cepit.

a. C. 298. U. c. 456. 9. Cn. Fulvius, cum in finibus noſtris exercitus Faliſcorum, longe noſtro major, caſtra poſuiſſet, per ſuos milites quaedam procul a caſtris aedi-

V. Tomyris regina Maſſagetarum. Alii aliter narrant. Herod. 1, 214. Iuſt. 1, 8.

VIII. Liv. 40, 30-32.

IX. Liv. 10, 27. Front. 1, 8. 3.

aedificia ſu cendit, ut Faliſci, ſuos id feciſſe credentes, ſpe praedae diffunderentur.

10. Alexander rex Epirotarum, adverſus Illyrios, collocata in inſidiis manu, quosdam ex ſuis habitu Illyriorum inſtruxit, & juſſit vaſtare ſuam [id eſt Epiroticam] regionem: quod cum Illyrii viderent fieri, ipſi paſſim praedari coeperunt, eo ſecurius, quod praecedentes veluti pro exploratoribus habebant: a quibus ex induſtria in loca iniqua deducti, caeſi fugatique ſunt. a. C. 266. Ol. 128, 3.

11. Leptines quoque Syracuſanus, adverſus Carthaginienſes, vaſtari ſuos agros, & incendi villas caſtellaque quaedam imperavit. Carthaginienſes ab ſuis id fieri rati, & ipſi tanquam in adjutorium exierunt, exceptique ab inſidiatoribus, fuſi ſunt. c. Ol. 96-99

12. Maharbal, miſſus a Carthaginienſibus adverſus Afros rebellantes, cum ſciret, gentem avidam eſſe vini, magnum ejus modum mandragora permiſcuit, cujus inter venenum ac ſoporem media vis eſt. Tunc, proelio levi commiſſo, ex induſtria ceſſit: nocte deinde intempeſta, relictis intra caſtra quibusdam ſarcinis, & omni vino infecto, fugam ſimulavit: cumque barbari, occupatis caſtris, in gaudium effuſi, medicatum avide merum hauſiſſent, & in modum defunctorum ſtrati jacerent, reverſus aut cepit eos, aut trucidavit.

13. Hannibal, cum ſciret, ſua & Romanorum caſtra in eis locis eſſe, quae lignis deficiebantur, ex induſtria in regione deſerta plurimos armentorum greges intra vallum reliquit: qua velut praeda Romani potiti, in ſummis lignationis anguſtiis, inſalubribus ſe cibis onerarunt. Hannibal, reducto

X. Iuſt. 26, 2. 9.

ducto nocte exercitu, ſecuros eos & ſemicruda graves carne, majorem in modum vexavit.

14. Tiberius Gracchus, in Hiſpania, certior factus, hoſtem inopem commercio laborare, inſtructiſſima caſtra omnibus eſculentis deſeruit: quae adeptum hoſtem, & repertis intemperanter repletum gravemque, reducto exercitu, ſubito oppreſſit.

a. Ol. II. 15. Chii[a]), qui adverſus Erythraeos bellum gerebant, ſpeculatorem eorum, in loco edito deprehenſum, occiderunt, & veſtem ejus ſuo militi dederunt: qui ex eodem jugo Erythraeos ſigno dato in inſidias evocavit.

16. Arabes, cum eſſet nota conſuetudo eorum, qua de adventu hoſtium interdiu fumo, nocte igne ſignificare inſtituerant, ut ſine intermiſſione ea fierent, praeceperunt, adventantibus autem adverſariis intermitterentur. Qui cum, ceſſantibus luminibus, exiſtimarent, ignorari adventum ſuum, avidius ingreſſi, oppreſſique ſunt.

17. Alexander Macedo, cum hoſtis in ſaltu editiore caſtra communiſſet, ſeducta parte copiarum, praecepit his, quos relinquebat, ut ex more ignes excitarent, ſpeciemque praeberent totius exercitus: ipſe autem, per avias regiones circumducta manu, hoſtem ſuperiore aggreſſus loco depulit.

c. Ol. III, 2. 18. Memnon Rhodius rex, cum equitatu praevaleret, & hoſtem in collibus ſe continentem in campos vellet deducere, quosdam ex militibus ſuis, ſub ſpecie perfugae, miſit in hoſtium caſtra, qui affirmarent, exercitum Memnonis tam pernicioſa ſeditione furere, ut & ſubinde aliqua pars ejus dilaberetur. Huic affirmationi ut fidem faceret, paſſim

a) Vulgo *Hi.* XV. Herod. I, 18. Aliud eorum ſtrateg. vid. Polyaen. 8, 66.

ſim in conſpectu hoſtium juſſit parva caſtella muniri, velut in ea ſe recepturi eſſent, qui diffidebant. Hac perſuaſione ſollicitati, qui in montibus ſe continuerant, in plana deſcenderunt, &, dum caſtella tentant, ab equitatu circumventi ſunt.

19. Arybas, rex Moloſſorum, bello petitus ab Ardie Illyrico, majorem aliquanto exercitum habente, amolitus imbelles ſuorum, in vicinam regionem Aetoliae famam ſparſit, tanquam urbes ac res ſuas Aetolis concederet. Ipſe cum iis, qui arma ferre poterant, inſidias in montibus & locis confragoſis diſtribuit. Illyrii timentes, ne, quae Moloſſorum erant, ab Aetolis occuparentur, velut ad praedam feſtinantes, neglectis ordinibus, accelerare coeperunt: quos diſſipatos, nihil tale exſpectantes, Arybas ex inſidiis fudit fugavitque. c. Ol. 109, 3. a Bardyli

20. T. Labienus, C. Caeſaris legatus, adverſus Gallos, ante adventum Germanorum, quos auxilio his venturos ſciebat, confligere cupiens, diffidentiam ſimulavit, poſitisque in diverſa ripa caſtris, profectionem edixit in poſterum diem. Galli credentes, eum fugere, flumen, quod medium erat, inſtituerunt transmittere. Labienus, circumacto exercitu, inter ipſas ſuperandi amnis difficultates eos cecidit. a. C. 53. U. c. 701.

21. Hannibal, cum exploraſſet, negligenter caſtra Fulvii Romani ducis munita, ipſum praeterea multa temere audere, prima luce, cum denſiores nebulae praeſtarent obſcuritatem, paucos equites munitionum noſtrarum vigilibus oſtendit: quo Fulvius repente movit exercitum. Hannibal per diverſam partem caſtra ejus occupavit: & illa in a. C. 210. U. c. 544.

XIX. De Aryba vid. Iuſt. 7, 6. 8, 6. 17, 3. Diod. 16. —
XX. Treviri erant. cf. Caeſ. B. G. 6, 7. 8.
XXI. Ad Herdoneam. Liv. 27, 1.

in tergum Romanorum effuſus, octo millia fortiſſimorum militum cum ipſo duce trucidavit.

a. C. 217. U. c. 537. 22. Idem Hannibal, cum inter Fabium dictatorem, & Minucium magiſtrum equitum, diviſus eſſet exercitus, & Fabius occaſionibus immineret, Minucius pugnandi cupiditate flagraret, caſtra in campo, qui medius inter hoſtes erat, poſuit: & cum partem peditum in confragoſis rupibus celaſſet, ipſe ad evocandum hoſtem miſit, qui proximum tumulum occuparent. Ad quos opprimendos, cum eduxiſſet copias Minucius, inſidiatores, ab Hannibale diſpoſiti, ſubito conſurrexerunt, & deleſſent Minucii exercitum, niſi Fabius periclitantibus ſubveniſſet.

a. C. 218. U. c. 536. 23. Idem Hannibal, cum ad Trebiam in conſpectu haberet Sempronii Longi Cos. caſtra, medio amne interfluente, ſaeviſſima hieme Magonem & electos in inſidiis poſuit. Deinde Numidas equites, ad eliciendam Sempronii credulitatem, adequitare vallo ejus juſſit: quibus praeceperat, ut ad primum noſtrorum incurſum per nota refugerent vada. Hos conſul & adortus temere, & ſecutus, jejunum exercitum in maximo frigore tranſitu fluminis rigefecit. Mox torpore & inedia affectis Hannibal ſuum militem oppoſuit, quem ad id ignibus, oleoque, & cibo foverat: nec vero defuit partibus Mago, quin terga hoſtium in hoc ordinatus caederet.

a. C. 217. U. c. 537. 24. Idem ad Thraſymenum, cum arta quaedam via in radice montis in campos patentes duceret, ſimulata fuga per anguſtias ad patentia evaſit, ibiqne caſtra poſuit, ac nocte diſpoſitis militibus, & per collem, qui imminebat, & in lateribus anguſtia-

XXII. Liv. 22, 28. XXIV. Liv. 22, 4.
XXIII. Liv. 21, 54.

guſtiarum, prima luce, nebula quoque adjutus, aciem direxit. Flaminius velut fugientem inſequens, cum anguſtias eſſet ingreſſus, non ante providit inſidias, quam ſimul a fronte, lateribus, tergo circumfuſus, ad internecionem cum exercitu caederetur.

25. Idem Hannibal, adverſus Junium dictatorem, nocte intempeſta ſexcentis equitibus imperavit, ut in plures turmas ſegregati, per vices ſine intermiſſione circa caſtra hoſtium ſe oſtentarent. Ita tota nocte Romanis in vallo, ſtatione ac pluvia, quae forte continua fuerat, inquietatis confectisque, cum receptui ſignum jam Junius dediſſet, Hannibal ſuos requietos eduxit, & caſtra ejus invaſit. a. C. 216. U. c. 538.

26. Epaminondas Thebanus, in eundem modum, cum Lacedaemonii *Athmon* vallo ducto Peloponneſon tuerentur, paucorum opera levis armaturae, tota nocte inquietavit hoſtem: ac deinde prima luce vocatis ſuis, cum Lacedaemonii ſe recepiſſent, ſubito univerſum exercitum, quem quietum habuerat, admovit, & per ipſa munimenta, deſtituta propugnatoribus, irrupit. Ol. 102, 4.

27. Hannibal, directa acie ad Cannas, ſexcentos equites Numidas transfugere juſſit: qui ad fidem faciendam gladios & ſcuta noſtris tradiderunt, & in ultimum agmen recepti, ubi primum concurri coepit, ſtrictis minoribus, quos occultaverant, a. C. 216. U. c. 538.

XXV. Liv. 23, 14.

XXVI. *Athmon v. d.* Verba mendoſa ſunt. Xenophon h. gr. VII. 1, 29 ſq. narrat Epaminondam Onium collem, qui ſupra Corinthum erat, a Lacedaemoniis cuſtoditum, ſuperaſſe et Achajam ingreſſum eſſe. Adde Polyaen. 2, 3. 9. Diodorus vero (XV, 68.) refert, Lacedaemonios, Athenienſes alioſque auxiliares, ut Thebanos a Peloponneſi ingreſſu prohiberent, Iſthmum a Cenchreis ad Lechaeum vallo ac foſſa profunda muniiſſe. Excidiſſe itaque videntur verba et leg. vel *et Athenienſes ad Iſthmon*, vel *ante Iſthmon*.

XXVII. Liv. 22, 48.

rant, gladiis, ſcutis jacentium aſſumtis, Romanorum aciem ceciderunt.

(a. C. 170.) 28. Iapydes P. Licinio Procoſ. pagos quoque ſub ſpecie deditionis obtulerunt: qui recepti, & in poſtrema acie collocati, terga Romanorum ceciderunt.

a. C. 203. U. c. 551. 29. Scipio Africanus, cum adverſa haberet bina hoſtium caſtra, Syphacis & Carthaginienſium, ſtatuit Syphacis, ubi multa incendiis alimenta erant, aggredi nocte, ignemque injicere, ut ea re Numidas quidem ex ſuis caſtris trepidantes caederet; Poenos autem, quos certum erat ad ſuccurrendum ſociis procurſuros, inſidiis diſpoſitis, exciperet. Utrumque ex ſententia ceſſit.

a. C. 72. U. c. 682. 30. Mithridates, a Lucullo virtute frequenter ſuperatus, inſidiis eum appetiit, Adathante quodam, eminente viribus, ſubornato, ut transfugeret, & fide parta hoſtis, facinus perpetraret. Quod is ſtrenue quidem, ſed ſine eventu conatus eſt. Receptus enim a Lucullo in gregem equitum, non ſine tacita cuſtodia habitus eſt: quia nec credi ſubito transfugae, nec inhiberi reliquos oportebat. Cum dein, frequentibus excurſionibus, promtam & enixam operam exhiberet, fide acquiſita, tempus elegit, quo miſſa principia quietem omnibus caſtrenſibus dabant, praetoriumque ſecretius praeſtabant. Caſus adjuvit Lucullum. Nam qui ad vigilantem usque admitteretur, fatigatum nocturnis cogitatibus illo tempore quieſcentem invenit. Cum deinde, tanquam nuntiaturus aliquid ſubitum ac neceſſarium, intrare vellet, & pertinaciter a ſervis, valetudini domini conſulentibus, excluderetur

XXVIII. Suppl. in Liv. 43, 5.
XXIX. Liv. 30, 5. 6.
XXX. Adathantem Plutarchus in Lucullo (cap. 16) Olthacum, Appianus vero in Mithrid. (c. 79) Olcaban appellat.

retur, veritus, ne ſuſpectus eſſet, equis, quos ante portam paratos habebat, ad Mithridatem refugit irritus.

31. Sertorius, in Hiſpania, cum apud Lauronem oppidum vicina caſtra Pompeji caſtris haberet, & duæ tantummodo regiones eſſent, ex quibus pabulum peti poſſet, una in propinquo, altera longius ſita, eam, quæ in propinquo erat, ſubinde ab levi armatura infeſtari, ulteriorem autem vetuit ab ullo armato adiri, donec perſuaſit adverſariis, tutiorem eſſe, quæ erat remotior. quam cum petiiſſent Pompejani, Octavium Græcinum cum decem cohortibus in morem Romanorum armatis, & decem Hiſpanorum levis armaturæ, & Tarquitium Priſcum cum duobus millibus equitum ire jubet ad inſidias tendendas pabulatoribus. Illi ſtrenue imperata faciunt. Explorata enim locorum natura, in vicina ſilva nocte prædictas copias abſcondunt, ita ut in prima parte leves Hiſpanos, aptiſſimos ad furta bellorum, ponerent; paulo interius ſcutatos, in remotiſſimo equites, ne fremitu equorum cogitata proderentur. Quieſcere omnes ſilentio ſervato in horam tertiam diei jubet. Cum deinde Pompejani ſecuri curvatique pabulo de reditu cogitarent, & ii quoque, qui in ſtatione fuerant, quiete invitati ad pabulum colligendum dilaberentur, emiſſi primum Hiſpani, velocitate gentili in palantes effunduntur, & convulnerant confunduntque nihil tale exſpectantes: prius deinde, quam reſiſti his inciperet, ſcutati erumpunt e ſaltu, & redeuntes in ordinem conſternunt, vertuntque: fugientibus equites immiſſi, toto

a.C. 76.
U.c. 678.

XXXI. Suppl. ad Liv. 91, 17. Scriptores de b. Sertoriano ſunt Plutarchus in Sertorii et Pompeji vitis, Appianus de b. civ. lib. I. c. 108-115. Liv. Ep. 90 96 c. ſuppl. Flor. 3, 22. Vellej, 2, 29. 30. Eutrop. 6, I.

toto eos ſpatio, quo redibatur in caſtra, perſecuti caedunt: curatum quoque, ne quis effugeret. Nam reliqui ducenti & quinquaginta equites, praemiſſi facile per compendia itinerum effuſis habenis, antequam ad caſtra Pompeji perveniretur, converſi, occurrerunt eis, qui primi fugerant. Ad cujus rei ſenſum Pompejo emittente legionem cum D. Laelio in praeſidium ſuorum, ſubducti in dextrum latus velut ceſſerunt equites: deinde, & cum ita legionem hanc a tergo infeſtarent, cum jam etiam a fronte, qui pabulatores perſecuti erant, incurſarent, ſic legio quoque inter duas acies hoſtium cum legato ſuo eliſa eſt: ad cujus praeſidium Pompejo totum educente exercitum, Sertorius quoque e collibus ſuos inſtructos oſtendit, effecitque, ne Pompejo expediret. Ita praeter duplex damnum, eadem ſollertia illatum, ſpectatorem quoque eum cladis ſuorum continuit. Hoc primum proelium inter Sertorium & Pompejum fuit: decem millia hominum de Pompeji exercitu amiſſa, & omnia impedimenta, Livius auctor eſt.

a. C. 72. U. c. 682. 32. Pompejus, in Hiſpania, diſpoſitis ante, qui ex occulto aggrederentur, ſimulato metu deduxit inſtantem hoſtem in loca infeſſa: deinde ubi res popoſcit, converſus, & in fronte & utrisque lateribus ad internecionem cecidit, capto etiam duce eorum Perperna.

a. C. 66. U. c. 688. 33. Idem adverſus Mithridatem, in Armenia numero & genere equitum praevalentem, tria millia levis armaturae, & quingentos equites nocte in valle ſub virgultis, quae inter bina caſtra erant, diſpoſuit: prima deinde luce in ſtationem hoſtium emiſit equites ita formatos, ut, cum univerſus cum exercitu hoſtium equitatus proelium iniſſet, ſervatis

XXXII. b. Sertoriano.

tis ordinibus, paulatim cederent, donec ſpatium darent conſurgendi a tergo ob hoc diſpoſitis. Quod poſtquam ex ſententia contigit, converſis, qui terga dediſſe videbantur, medium hoſtem trepidantem cecidit; ipſos etiam equos, pedite cominus accedente, confodit: eoque proelio fiduciam regi, quam in equeſtribus copiis habebat, detraxit.

34. Craſſus, bello fugitivorum, apud Cathenam bina caſtra cominus cum hoſtium caſtris vallavit: nocte deinde commutatis copiis, manente praetorio in majoribus caſtris, ut fallerentur hoſtes, ipſe omnes copias eduxit, & in radicibus praedicti montis conſtituit: diviſoque equitatu, praecepit L. Quinctio, partem Spartaco objiceret, pugnaque eum fruſtraretur; parte alia Gallos Germanoſque ex factione Caſti & Gannici eliceret ad pugnam, & pugna ſimulata deduceret, ubi ipſe aciem inſtruxerat. Quos cum barbari inſecuti eſſent, equite recedente in cornua, ſubito acies Romana adaperta cum clamore procurrit. Triginta quinque millia armatorum eo proelio interfecta cum ipſis ducibus Livius tradit, receptas quinque Romanas aquilas, ſigna ſex & viginti, multa ſpolia, inter quae quinque faſces cum ſecuribus. a. C. 70. U. c. 683, 684.

35. C. Caſſius in Syria adverſus Parthos ducens aciem, equitem oſtendit a fronte, cum ab tergo peditem in confragoſo loco occultaſſet: dein, cedente equitatu, & per nota ſe recipiente, in praeparatas inſidias perduxit exercitum Parthorum, & cecidit. a. C. 51. U. c. 703.

 36.

XXXIV. Suppl. in Liv. 97, et 4. De b. hoc cum Spartaco geſto vide App. b. civ. I. 116 - 120. Plut. in Craſſo et Pompejo. Liv. Ep 95 98. c. ſuppl. Flor. 3, 20. Vellej. 2, 30.
XXXV. Iuſt. 42, 4. Dio. 40, p. 134.

a. C. 49. U. c. 715. 36. Ventidius, Parthos & Labienum alacres ſucceſſibus victoriarum, dum ſuos ipſe per ſimulationem metus continet, evocavit, & in loca iniqua deductos, aggreſſus per obreptionem, adeo debellavit, ut, deſtituto Labieno, provincia excederent Parthi.

eod. 37. Idem adverſus Pharnaſtanis Parthos, cum ipſe exiguum numerum militum haberet, illis autem fiduciam ex multitudine videret increſcere, ad latus caſtrorum octodecim cohortes in obſcura valle poſuit, equitatu poſt terga peditum collocato. Tum paucos admodum milites in hoſtem miſit: qui ubi ſimulata fuga hoſtem effuſe ſequentem ultra locum inſidiarum perduxere, coorta a latere acies, praecipitatis in fugam Parthis, in his Pharnaſtanem interfecit.

a. C. 49. U. c. 705. 38. C. Caeſar, ſuis & Afranii caſtris contrarias tenentibus planities, cum utriusque partis plurimum intereſſet, colles proximos occupare, idque propter ſaxorum aſperitatem eſſet difficile, tanquam Ilerdam repetiturum retro agmen ordinavit, faciente inopia fidem deſtinationi. Intra breviſſimum deinde ſpatium, exiguo circuitu flexit repente ad montes occupandos. Quo viſu perturbati Afraniani, velut captis caſtris, & ipſi effuſo curſu eoſdem montes petiere: quod futurum cum praedivinaſſet Caeſar, partim peditatu quem praemiſerat, partim ab tergo ſubmiſſis equitibus, inordinatos eſt adortus.

39.

XXXVI. Confuſius auctor haec narrat. Eſt enim ad primam Ventidii de Parthis victoriam, antequam ſe Labieno junxerant referendum; victi enim, cum non ad Labienum ſed in Ciliciam fugiſſent, provincia exceſſere. Hinc poſtea Labienum, dein Pharnapatem, et tandem Pacorum vicit. Dio. 48, p. 381. Iuſt. 42, 4.

XXXVII. Non Pharnaſtanus ſed Pharnapates, legatus Pacori erat. Plut. Anton. 33. Dio. 48, 41.

XXXVIII. Caeſ. b. civ. 1, 68-70.

39. Antonius, apud Forum Gallorum, cum Panſam Cos. adventare comperiſſet, inſidiis per ſilveſtria Aemiliae viae diſpoſitis, agmen ejus excepit, fuditque, & ipſum eo vulnere affecit, quo intra paucos dies exanimaretur. a. C. 43. U. c. 711.

40. Juba rex, in Africa, bello civili, Curionis animum ſimulato regreſſu impulit in vanam alacritatem: cujus ſpei vanitate deceptus Curio, dum tanquam fugientem Saburam, regium praefectum, perſequitur, devenit in patentes campos: ubi Numidarum circumventus equitatu, perdito exercitu, cecidit. a. C. 49. U. c. 705.

41. Melanthus, dux Athenienſium, cum provocatus a rege hoſtium Xantho Boeotio, deſcendiſſet ad pugnam, ut primum cominus ſtetit, Inique, inquit, Xanthe, & contra pactum facis: adverſus ſolum enim cum altero proceſſiſti. Cumque admiratus ille, quisnam ſe comitaretur, reſpexiſſet, averſum uno ictu confecit. a. C. 1126.

42. Iphicrates Athenienſis, ad Cherroneſum, cum ſciret, Lacedaemoniorum ducem Anaxibium exercitum pedeſtri itinere ducere, firmiſſimam manum militum eduxit e navibus, & in inſidiis collocavit: naves autem omnium, tanquam onuſtas milite, palam tranſnavigare juſſit. Ita ſecuros, & nihil exſpectantes Lacedaemonios a tergo aggreſſus in itinere, oppreſſit fuditque.

43. Liburni, cum vadoſa loca obſediſſent, capitibus tantum eminentibus, fidem fecerunt hoſti alti maris, ac triremem, quae eos perſequebatur, implicatam vado ceperunt.



XXXIX. Ante proelium ad Mutinam. App. b. civ. 3, 66-69. Dio. 46.

XL. App. b. civ. II, 45. Dio 41.

XLI. Polyaen. I, 19.

XLII. Vide ad I. 4, 7.

a. C. 411. Ol. 92, 2. 44. Alcibiades, dux Athenienſium, in Helleſponto adverſus Mindarum, Lacedaemoniorum ducem, cum amplum exercitum, & plures naves haberet, nocte expoſitis in terram quibusdam militum ſuorum, parte quoque navium poſt quaedam promontoria occultata ipſe cum paucis profectus, ita ut contemtu ſui hoſtem invitaret, eundem inſequentem fugit, donec in praeparatas inſidias perduceret. Averſum deinde, & egredientem in terram, per eos, quos ad hoc ipſum expoſuerat, cecidit.

45. Idem, navali proelio decertaturus, conſtituit malos quosdam in promontorio, praecepitque his, quos ibi relinquebat, ut, cum commiſſum proelium ſenſiſſent, panderent vela. Quo facto conſecutus eſt, ut hoſtes aliam claſſem in auxilium ſupervenire ei arbitrati, verterentur.

(a. C. 333.) (Ol. 111, 4.) 46. Memnon Rhodius, navali proelio, cum haberet ducentarum navium claſſem, & hoſtium naves elicere ad proelium vellet, ita ordinavit ſuos, ut paucarum navium malos erigeret, easque primas agi juberet. Hoſtes autem procul conſpicati numerum arborum, & ex eo navium quoque conjectantes, obtulerunt ſe certamini, & a pluribus occupati ſuperatique ſunt.

a. C. 376. Ol. 101, 1. 47. Timotheus, dux Athenienſium, adverſus Lacedaemonios navali acie decertaturus, cum inſtructa claſſis eorum ad pugnandum proceſſiſſet, ex velociſſimis navibus viginti praemiſit, quae omni arte varioque flexu eluderent hoſtem. Ut primum deinde ſenſit, minus agiliter moveri adverſam partem, progreſſus, praelaſſatos facile ſuperavit.

*Cap. VI.*

XLIV. b. Pelop. Xenoph. h. gr. 1, 1. Diod. 13, 45. 47. Plut. Alcib. 38.

XLVII. Proelio ad Leucate. Xenoph. h. gr. 5, 4. §. 63-65. Diod. 15, 36. Nep. Tim. 2.

*Cap. VI. De emittendo hoſte, 'ne clauſus proelium ex deſperatione redintegret.*

1. GALLOS, eo proelio, quod Camilli ductu geſtum eſt, deſiderantes navigia, quibus Tiberim tranſirent, Senatus cenſuit transvehendos, & commeatibus quoque proſequendos. Ejusdem generis hominibus poſtea per Pomptinum agrum fugientibus via data eſt, quae Gallica appellatur.

2. L. Marcius, eques Romanus, cui, duobus Scipionibus occiſis, exercitus imperium detulit, cum circumventi ab eo Poeni, ne inulti morerentur, acrius pugnarent, laxatis manipulis, & conceſſo fugae ſpatio, diſſipatos ſine periculo ſuorum trucidavit. a. C. 212. U. c. 542.

3. C. Caeſar Germanos incluſos, ex deſperatione fortius pugnantes, emitti juſſit, fugientesque aggreſſus eſt.

4. Hannibal, cum ad Thraſymenum incluſi Romani acerrime pugnarent, diductis ordinibus fecit eis abeundi poteſtatem, euntesque ſine ſuorum ſanguine ſtravit.

5. Antigonus, rex Macedonum, Aetolis, qui in obſidionem ab eo compulſi, fame urgebantur, ſtatuerantque, eruptione facta, commori, viam fugae dedit: atque ita infracto impetu eorum, inſecutus averſos cecidit. a. C. 266. Ol. 128, 3.

6. Ageſilaus Lacedaemonius, adverſus Thebanos, cum acie conſligeret, intellexiſſetque, hoſtes, locorum conditione clauſos, ob deſperationem fortius dimicare: laxatis ſuorum ordinibus, apertaque Thebanis ad evadendum via, rurſus in abeuntes contraxit aciem, & ſine jactura ſuorum cecidit averſos. a. C. 394. Ol. 96, 3.

 7.

Cap. VI. II. b. Pun. II. in Hiſpania. Liv. 25, 37.
IV. Vide 2, 5, 24.
V. Iuſt. 26, c.
VI. In proelio apud Coroneam. Xenoph. h. gr. 4, 3. §. 12. Plut. in Ageſ. 18.

a. C. 480. U. c. 274. 7. Cn. Manlius Cos. cum ex acie reverſus, capta ab Hetruſcis Romana caſtra inveniſſet, omnibus portis ſtatione circumdatis, incluſos hoſtes in eam rabiem efferavit, ut ipſe in proelio caderet. Quod ut animadverterunt legati ejus, ab una parte remota ſtatione, exitum Hetruſcis dederunt, & effuſos perſecuti, occurrente altero conſule Fabio, ceciderunt.

a. C. 480. Ol. 75, 1. 8. Themiſtocles, victo Xerxe, volentes ſuos pontem rumpere prohibuit, cum docuiſſet, cautius eſſe, eum expelli ex Europa, quam cogi ex deſperatione pugnare. Idem miſit ad eum, qui indicaret, in quo periculo eſſet, niſi fugam maturaret.

9. Pyrrhus, Epirotarum rex, cum quandam civitatem cepiſſet, clauſisque portis ex ultima neceſſitate fortiter dimicantes eos, qui incluſi erant, animadvertiſſet, locum illis ad fugam dedit.

10. Idem inter cetera praecepta imperatoria memoriae tradidit, non eſſe pertinaciter inſtandum hoſti fugienti: non ſolum, ne fortius ex neceſſitate reſiſteret, ſed ut poſtea quoque facilius acie cederet, ratus, non uſque ad perniciem fugientibus inſtaturos victores.

## *Cap. VII. De diſſimulandis adverſis.*

(a. C. 640.) (U. c. 114.) 1. TULLUS Hoſtilius, rex Romanorum, commiſſo adverſus Vejentes proelio, cum Albani deſerto exercitu Romanorum, proximos peterent tumulos, eaque res turbaſſet noſtrorum animos, clare pronuntiavit, juſſu ſuo Albanos id feciſſe, ut hoſtem

VII. Liv. 2, 47. Dionyſ. 9, 113.

VIII. Pons erat in Helleſponto a Xerxe factus, per quem copias traduxerat. Herod. 7, 33-36. et 8, 97-110. Nep. Them. 5.

X. Plut. in ej. vita c. 8, memorat, eum reliquiſſe Commentarios.

Cap. VII. I. Liv. 1, 27. Flor. 1, 3.

ſtem circumveniret. Quae res & terrorem Vejentibus, & Romanis fiduciam attulit; remque inclinatam conſilio reſtituit.

2. L. Sulla, cum praefectus ejus, comitante non exigua equitum manu, commiſſo jam proelio, ad hoſtes transfugiſſet, pronuntiavit, juſſu ſuo id factum: eaque ratione militum animos non tantum a confuſione retraxit, ſed quadam etiam ſpe utilitatis, quae id conſilium ſecutura eſſet, confirmavit.

3. Idem, cum auxiliares ejus miſſi ab ipſo, circumventi ab hoſtibus & interfecti eſſent, verereturque, ne propter hoc damnum univerſus trepidaret exercitus, pronuntiavit, auxiliarios, qui ad defectionem conſpiraſſent, conſilio a ſe in loca iniqua deductos. Ita manifeſtiſſimam cladem ultionis ſimulatione velavit, & militum animos hac perſuaſione confirmavit.

4. Scipio, cum Syphacis legati nuntiarent ei regis ſui nomine, ne fiducia ſocietatis ejus ex Sicilia in Africam tranſiret, veritus, ne confunderentur animi ſuorum abſciſſa peregrina ſocietate, dimiſit propere legatos, & famam diffudit, tanquam ultro a Syphace arceſſeretur. a. C. 204. U. c. 550.

5. Q. Sertorius, cum acie decertaret, barbarum, qui ei nuntiaverat, Hirtulejum periiſſe, pugione trajecit, ne & in aliorum id notitiam perferret, & ob hoc animi ſuorum infirmarentur.

6. Alcibiades Athenienſis, cum ab Abydenis proelio urgeretur, ſubitoque magno curſu triſtem adventare tabellarium advertiſſet, prohibuit palam dicere, quid afferret. Dein ſecreto ſciſcitatus, a Pharnabazo, regio praefecto, claſſem ſuam oppugnari, celatis & hoſtibus & militibus proelium finiit a. C. 410. Ol. 92, 3.



IV. Liv. 29, 24. cf. Fr. 1, 3. 7.
VI. b. adv. Mindarum et Pharnabazum, qui junctis copiis Athenienſes in Helleſponto inſequebantur. Diod. 13, 45 ſq. Xen. H. Gr. 1, 1.

niit, ac protinus ad eripiendam claſſem ducto exercitu, ſuis opem tulit.

a. C. 218. U. c. 536. 7. Hannibalem venientem in Italiam tria millia Carpetanorum reliquerunt: quos ille, exemplo ne & ceteri moverentur, edixit, ab ſe eſſe dimiſſos, & inſuper, in fidem ejus rei, paucos leviſſimae operae domos remiſit.

8. L. Lucullus, cum animadvertiſſet, Macedonas equites, quos in auxilio habebat, ſubito conſenſu ad hoſtem transfugere, ſigna canere juſſit, & turmas, quae eos ſequerentur, immiſit. Hoſtis committi proelium ratus, transfugientes telis excepit Macedonas: qui cum viderent, neque recipi ſe ab adverſariis, & premi ab iis, quos deſerebant, neceſſario ad juſtum proelium converſi, hoſtem invaſerunt.

Ol. 104, 3. 9. Datames, (dux Perſarum), adverſus Autophradaten in Cappadocia, cum partem equitum ſuorum transfugere comperiſſet, ceteros omnes venire ſecum juſſit, aſſecutusque transfugas, collaudavit, quod eum alacriter praeceſſiſſent, hortatusque eſt eos etiam, ut fortiter hoſtem adorirentur. Pudor transfugis attulit poenitentiam, & conſilium ſuam, quia non putabant deprehenſum, mutaverunt.

a. C. 468. U. c. 286. 10. T. Quinctius Capitolinus Cos. cedentibus Romanis, ementitus eſt, in altero cornu hoſtes fugatos: & ita, confirmatis ſuis, victoriam retulit.

11.

VII. Liv. 21, 23.

VIII. b. Mithridatico.

IX. In b. Satraparum contra Artaxerxen rebellantium. Verum ab hoc paulo diſſentiunt Diodorus (15, 91) et Nepos (in Datame 6). Ille narrat, Datamem a rege defeciſſe, et Artabazum copiarum regiarum ducem, ab eo victum eſſe. Hic vero, Autophradatem quidem ducem Perſarum contra Datamem, rem vero hanc non in hunc ſed in Piſidas geſtam eſſe dicit. Verba itaque: *dux Perſarum* ſine dubio e margine irrepſerunt.

X. Liv. 2, 64.

11. Cn. Manlius, adverſus Hetruſcos, vulnerato collega Fabio, qui ſiniſtrum cornu ducebat, & ob id parte cedente, quod etiam occiſum crederent conſulem, cum turmis equitum occurrit, clamitans & collegam vivere, & ſe dextro cornu viciſſe. Qua conſtantia redintegratis animis ſuorum, vicit. a. C. 480. U. c. 274.

12. Marius, adverſus Cimbros & Teutonos cum metatores ejus per imprudentiam ita caſtris locum cepiſſent, ut ſub poteſtate barbarorum eſſet aqua, flagitantibus eam ſuis, digito hoſtem oſtendens, Illinc, inquit, petenda eſt. Quo inſtinctu aſſecutus eſt, ut protinus barbari tollerentur. a. C. 102. U. c. 652.

13. T. Labienus poſt Pharſalicam pugnam, cum, victis partibus, Dyrrhachium refugiſſet, miſcuit vera falſis, &, non celato exitu pugnae, aequatam partium fortunam gravi vulnere Caeſaris finxit: & hac aſſimulatione reliquis Pompejanarum partium fiduciam fecit. a. C. 48. U. c. 706.

14. M. Cato, cum Ambraciam eo tempore, quo ſociae naves ab Aetolis oppugnabantur, imprudens uno lembo appuliſſet, quamquam nihil ſecum praeſidii haberet, coepit ſignum voce geſtuque dare, quo videretur ſubſequentes ſuorum naves vocare: eaque aſſeveratione hoſtem terruit, tanquam plane appropinquarent, qui quaſi ex proximo citabantur. Aetoli, ne adventu Romanae claſſis opprimerentur, reliquerunt oppugnationem. a. C. 191. U. c. 563 ſq.

*Cap. VIII.*

XI. Varie hic errat Frontinus. Nam in hoc proelio non Coſ. M. Fabius vulneratus fuit, ſed Q. Fabius, qui ſub Coſ. M. Fabio pugnabat. Neque Manlius aciem reſtituit ſed ipſe Cos. M. Fabius. Vid. Liv. 2, 46 ſq.

XII. Ante pugnam ad Aquas Sextias. Flor. 3, 3. 8.

XIV. b. cum Antiocho ejusque ſociis Aetolis. (Coſ. M.' Acilio Glabrione) Liv. 36, 17.

*Cap. VIII. De reſtituenda per conſtantiam acie.*

1. Servius Tullius adoleſcens, proelio, quo rex Tarquinius adverſus Sabinos conflixit, ſigniferis ſegnius dimicantibus, raptum ſignum in hoſtem miſit: cujus recipiendi gratia Romani ita ardenter pugnaverunt, ut ſignum, & victoriam retulerint.

a. C. 446. U. c. 308. 2. Furius Agrippa Cos. cedente cornu, ſignum militare, ereptum ſignifero, in hoſtes Hernicos & Aequos miſit: quo facto ejus proelium reſtitutum eſt. Summa enim alacritate Romani ad recipiendum ſignum incubuerunt.

a. C. 468. U. c. 286. 3. T. Quinctius Capitolinus Cos. ſignum in hoſtes Faliſcos ejecit, militesque id repetere juſſit.

a. C. 168. 4. Salvius Pelignus bello Perſico idem fecit.

a. C. 385. U. c. 369. 5. M. Furius Camillus, tribunus militum conſulari poteſtate, cunctante exercitu, arreptum manu ſigniferum in hoſtes Volſcos & Latinos traxit: ceteros puduit non ſequi.

(a. C. 380). (U. c. 374). 6. M. Furius, averſo exercitu cum occurriſſet, affirmavit, non recepturum ſe in caſtra quemquam, niſi victorem; reductisque in aciem, victoria potitus eſt.

a. C. 134. U. c. 620. 7. Scipio apud Numantiam, cum averſum ſuum videret exercitum, pronuntiavit, pro hoſte ſibi futurum, quisquis in caſtra rediſſet.

a. C. 417. U. c. 337. 8. Servilius Priſcus dictator, cum ſigna legionum ferri in hoſtes Faliſcos juſſiſſet, ſigniferum cunctantem occidi imperavit: quo exemplo perterriti ceteri, hoſtem invaſerunt.

9.

Cap. VIII. I. Dionyſ. 3, — II. Liv. 3, 70. Dionyſ. 11, 52. III. Hic Coſ. b. geſſit cum Aequis et Volſcis, et nihil de ea re memorat Livius (2, 64) Sed idem tribuit T. Quinctio Cincinnato Coſ. ſub Dictatore Poſtumio Tuberto. a C. 431. U. c. 323. Liv. 4, 26. 29. IV. In b. c. Perſeo rege Maced. Plut. in Aemil. Paullo 20. V. Liv. 6, 8. VI. Niſi eſt ille, de quo Liv. 6, 22-24 agit, non liquet. VIII. Liv. 4, 46. 47.

9. Tarquinius, adverſus Sabinos, cunctantes equites, detractis fraenis, concitatisque equis, procurrere, & perumpere aciem juſſit.

10. Coſſus Cornelius, magiſter equitum, adverſus Fidenates idem fecit. a. C. 425. U. c. 329.

11. M. Atilius Cos. bello Samnitico, ex acie refugientibus in caſtra militibus aciem ſuorum oppoſuit, affirmans, ſecum & cum bonis civibus dimicaturos eos, niſi cum hoſtibus maluiſſent. Ea ratione univerſos in aciem reduxit. a. C. 294. U. c. 460.

12. L. Sulla, cedentibus jam legionibus exercitui Mithridatico ductu Archelai, ſtricto gladio in primam aciem procurrit, appellansque milites, dixit: Si quis quaeſiſſet, ubi imperatorem reliquiſſent, reſponderent, pugnantem in Boeotia. Cujus rei pudore univerſi eum ſecuti ſunt. a. C. 86. U. c. 668.

13. Divus Iulius, ad Mundam, referentibus ſuis pedem, equum ſuum abduci a conſpectu juſſit, & in primam aciem pedes proſiluit. Milites, dum deſtituere imperatorem erubeſcunt, redintegrarunt proelium. a. C. 45. U. c. 709.

14. Philippus, veritus, ne impetum Scytharum ſui non ſuſtinerent, fideliſſimos equitum a tergo poſuit, praecepitque, ne quem commilitonum ex acie fugere paterentur; perſeverantius abeuntes trucidarent. Qua denuntiatione cum effeciſſet, ut etiam timidiſſimi mallent ab hoſtibus, quam a ſuis interfici, victoriam acquiſivit. a. C. 340. Ol. 110, 1.

*Cap. IX.*

IX. Liv. 1, 37.
X. Flor. 1, 11. Liv. 4, 31. 33. Sub Dictatore Mamerco Aemilio.
XI. Liv. 10, 35. 36.
XII. Ad Orchomenum. Plut. in Sulla 21.
XIII. Caeſ. b. Hiſp. 27-31. App. b. civ. 2, 104.
XIV. Vid. Iuſt. 8, 2. 3.

*Cap. IX. De his, quae poſt proelium agenda ſunt. Si res proſpere ceſſerit, de conſummandis reliquiis belli.*

a. C. 102. U. c. 652. 1. C. Marius, victis proelio Teutonis, reliquias eorum, quia nox circumvenerat, circumſedens, ſublatis clamoribus, per paucos ſuorum territavit, inſomnemque hoſtem detinuit, ex eo aſſecutus, ut poſtero de irrequietum facilius debellaret.

a. C. 207. U. c. 547. 2. Claudius Nero, victis Poenis, quos Haſdrubale duce in Italiam ex Hiſpania trajicientes exceperat, caput Haſdrubalis in caſtra Hannibalis ejecit: quo factum eſt, ut & Hannibal luctu, [nam frater occiſus erat,] & exercitus deſperatione adventantis praeſidii affligerentur.

a. C. 82. U. c. 672. 3, L. Sulla his, qui Praeneſte obſidebantur, occiſorum in proelio ducum capita, haſtis praefixa, oſtendit: atque ita obſtinatorum pervicaciam fregit.

4. Arminius, dux Germanorum, capita eorum, quos occiderat, ſimiliter praefixa, ad vallum hoſtium admoveri juſſit.

(U. c. 811.) 5. Domitius Corbulo, cum Tigranocertam obſideret, & Armenii pertinaciter viderentur toleraturi obſidionem, in quendam ex Megiſtanis, quos ceperat, animadvertit, caputque ejus baliſta excuſſum, intra munimenta hoſtium miſit. Id forte decidit in medium concilium, quod tum cum maxime habebant barbari: ad cujus conſpectum, velut oſtento, conſternati, ad deditionem feſtinaverunt.

6. Hermocrates Syracuſanus, ſuperatis acie Carthaginienſibus, veritus, ne captivi, quorum ingentem manum in poteſtatem redegerat, parum diligenter cuſtodirentur, quod eventus dimicationis in epulas & ſecuritatem compellere victores poterat,

Cap. IX. II. Liv. VI, 39-51. b. civ. 1, 93. 94.
III. b. civili cum Mario. App. V. Tacit. Ann. 14, 24.

erat, finxit proxima nocte equitatum hoſtilem venturum. Qua exſpectaione aſſecutus eſt, ut ſolito attentius vigiliae agerentur.

7. Idem, rebus proſpere geſtis, & ob id reſolutis ſuis in nimiam ſecuritatem, ſomnoque & mero preſſis, in caſtra transfugam miſit, qui praemoneret, ſe fuga elapſum: diſpoſitas enim ubiqne a Syracuſanis inſidias: quarum metu recepit aciem. (Illi cum adventarent, perſecuti, in foſſas deciderunt & eo modo victi ſunt.) a. C. 413. Ol. 91, 4.

## Cap. X. *Si res durius ceſſerit, de adverſis emendandis.*

1. T. Didius, in Hiſpania, cum acerrimo proelio conflixiſſet, quod nox diremerat, magno numero utrinque caeſo, complura ſuorum corpora intra noctem ſepelienda curavit. Hiſpani poſtero die ad ſimile officium progreſſi, quia plures ex ipſorum numero, quam ex Romanis, caeſos repererant, victos ſe eſſe ſecundum eam dinumerationem argumentati, ad conditiones imperatoris deſcenderunt. U. c. 656. ſqq.

2. L. Marcius, eques Romanus, qui reliquiis exercitus duorum Scipionum praefuit, cum in propinquo bina caſtra Poenorum paucis millibus paſſuum diſtarent, cohortatus milites, proxima caſtra intempeſta nocte adortus eſt; & cum hoſtem, victoriae fiducia incompoſitum, aggreſſus, ne nuntios quidem cladis reliquiſſet, breviſſimo tempore militi ad requiem dato, eadem nocte raptim famam rei geſtae praegreſſus, altera eorundem caſtra invaſit. Ita bis ſimili uſus eventu, deletis utrobique Poenis, amiſſas populo Romano Hiſpanias reſtituit. a. C. 212. U. c. 542.

Cap. XI.

VII, b. Pelop. Ann. 19. Claſſis Athenienſium victa erat. Diod. 13, 18. Thucyd. 7, 73.

Cap. X. I. App. Hiſp. 99 ſq. II. Liv. 25, 37. 38.

*Cap. XI. De dubiorum animis in fide retinendis.*

1. P. Valerius, Epidauri, timens oppidanorum perfidiam, quia parum praeſidii habebat, gymnicos ludos procul ad urbe apparavit. Quo cum omnis fere multitudo ſpectandi cauſa exiſſet, clauſit portas, nec in eas antea admiſit Epidaurios, quam obſides a principibus acciperet.

c. U. c. 672. 2. Cn. Pompejus, cum ſuſpectos haberet Catinenſes, & vereretur, ne praeſidium non reciperent, petiit ab eis, ut aegros interim apud ſe refici paterentur: fortiſſimis deinde habitu languentium miſſis, civitatem occupavit, continuitque.

a. C. 334. Ol. 111, 1. 4. Alexander, devicta perdomitaque Thracia, petens Aſiam, veritus, ne poſt ipſius diſceſſum ſumerent arma, reges eorum praefectosque, & omnes, quibus videbatur ineſſe cura detractae libertatis, ſecum, velut honoris cauſa, traxit; ignobilibus autem relictis plebejos praefecit: conſecutus, uti principes beneficiis ejus obſtricti, nihil novare vellent; plebs vero ne poſſet quidem, ſpoliata principibus.

a. C. 323. Ol. 114, 12. 4. Antipater, conſpecto priore Neciorum exercitu, qui, audita morte Alexandri, ad infeſtandum imperium ejus confluxerant, diſſimulans, ſcire ſe, qua mente veniſſent, gratias his egit, quod ad auxilium ferendum Alexandro adverſus Lacedaemonios conveniſſent: adjecitque, id ſe regi ſcripturum. Ceterum ipſos, quia ſibi opera eorum in praeſentia non eſſet neceſſaria, abirent domos, hortatus

Cap. XI. I. Suſpicor hanc rem a M. Valerio Laevino, cui U. c. 541. Macedonia et Graecia mandata fuerat, eſſe geſtam. De quo vid. Liv. 24, 44. 25, 3. 26, 24-26.

II. *Catinenſes.* Si lectio vera, inter bellum civ. Syllae cum Mario res geſta in Sicilia videtur. cf. Plut. Pomp. 10.

III. Iuſt. 11, 5.

IV. Necii qui fuerint, deſideratur. Cum res in Graecia ſit acta, vel *Graecorum* vel *Boeotiorum* exercitus intelligi poteſt. Adi Iuſt. 12, 1. et Curt. 6, 1.

tatus eſt. Et hac aſſeveratione periculum, quod ex novitate rerum imminebat, diſcuſſit.

5. Scipio Africanus, in Hiſpania, cum inter captivas eximiae formae virgo nubilis ad eum perducta eſſet, omniumque oculos in ſe converteret, ſumma cuſtodia habitam, ſponſo, nomine Allucio, reddidit: inſuperque aurum, quod parentes ejus, redemturi captivam, donum Scipioni attulerant, eidem ſponſo pro nuptiali munere dedit. Qua multiplici magnificentia univerſa gens victa, imperio populi Romani acceſſit. a. C. 210. U. c. 544.

6. Alexandrum quoque Macedonem traditum eſt, eximiae pulchritudinis virgini captivae, cum finitimae gentis principi fuiſſet deſponſata, ſumma abſtinentia ita peperciſſe, ut illam ne aſpexerit quidem. Qua mox ad ſponſum remiſſa, univerſae gentis per hoc beneficium animos conciliavit ſibi.

*7. Imperator Caeſar Auguſtus Germanicus, eo bello, quo victis hoſtibus cognomen Germanici meruit, cum in finibus Ubiorum caſtella poneret, pro fructibus locorum, quae vallo comprehendebat, pretium ſolvi juſſit: atque ea juſtitiae fama omnium fidem adſtrinxit. c. U. c. 835.

*Cap. XII. Quae facienda ſunt pro caſtris, ſi ſatis fiduciae in praeſentibus copiis non habeamus.*

1. T. Quinctius Cos. cum Volſci caſtra ejus aggreſſuri forent, cohortem tantummodo in ſtatione detinuit, reliquum exercitum ad quieſcendum dimiſit, aeneatoribus praecepit, ut vallum inſidentes equis circuirent, concinerentque. Qua facie & ſimu- a. C. 468. U. c. 286.

V. Liv. 26, 50. Gell. 6, 8. Carthagine nova capta.
VII. Cf. 2. 3, 23. Suet. Domitian. 13.
Cap. XII. I. Liv. 2, 64. Dionyſ. 3, 57. 58.

mulatione cum & propulſaſſet, & detinuiſſet per totam noctem hoſtes, ad lucis exortum feſſos vigilia, repente facta eruptione, facile ſuperavit.

2. Q. Sertorius in Hiſpania, hoſtium equitatui maxime impar, qui uſque ad ipſas munitiones nimia fiducia ſuccedebat, nocte ſcrobes aperuit, & eas ante aciem direxit: cum demum turmales ſecundum conſuetudinem redire vellent, pronuntiavit, comperiſſe ſe inſidias ab hoſtibus diſpoſitas: idcirco ne diſcederent a ſignis, neve laxarent agmen. Quod cum ſollerte ex diſciplina feciſſet, exceptus forte veris inſidiis, quia praedixerat, interritos milites habuit.

3. Chares, dux Athenienſium, cum exſpectaret auxilia, & vereretur, ne interea, contemtu praeſentis paucitatis, hoſtes caſtra ejus oppugnarent, complures ex iis, quos habebat, per averſam partem nocte miſſos, juſſit, qua praecipue conſpicui forent hoſtibus, redire in caſtra, & accedentium novarum virium ſpeciem praebere. Atque ita ſimulatis auxiliis tutatus ſe eſt, donec inſtrueretur exſpectatis.

4. Iphicrates Athenienſis, cum campeſtribus locis caſtra haberet, exploraſſetque, Thracas ex collibus, per quos unus erat deſcenſus, nocte ad diripienda caſtra venturos, clam duxit exercitum, & in utroque viae latere, per quam tranſituri erant Thraces, diſtributum collocavit: hoſtemque decurrentem in caſtra, in quibus multi ignes per paucorum curam inſtituti, ſpeciem manentis ibi multitudinis ſervabant, a lateribus adortus, oppreſſit.

*Cap. XIII.*

III. Polyaen. 3, 13. IV. h. 3, 9. 46.

## *Cap. XIII. De effugiendo.*

1. Galli, pugnaturi cum Attalo, aurum omne & argentum certis cuſtodibus tradiderunt, a quibus, ſi acie fuſi eſſent, ſpargeretur, quo facilius colligenda praeda hoſtem impeditum effugerent. (a. C. 189.)

2. Tryphon, Syriae rex, victus, per totum iter fugiens pecuniam ſparſit: eique ſectandae Antiochi equites immoratos effugit. a. C. 143. ſq. Ol. 159, 2.

3. Q. Sertorius, pulſus acie a Q. Metello Pio, ne fugam quidem ſibi tutam arbitratus, abire diſperſos milites juſſit, admonitos, in quem locum vellet convenire.

4. Viriathus, dux Luſitanorum, copias noſtras locorumque iniquitatem evaſit eadem, qua Sertorius, ratione ſparſo exercitu, dein recollecto. U. c. 606.

5. Horatius Cocles, urgente Porſenae exercitu, juſſit ſuos per pontem redire in urbem, eumque, ne caſu ſequeretur hoſtis, intercidere. Quod dum efficitur, in capite ejus propugnator ipſe inſequentes detinuit. Audito denique fragore pontis abrupti, dejecit ſe in alveum: eumque non armis, ſed vulneribus oneratus tranſnavit. a. C. 507. U. c. 247.

6. Afranius, in Hiſpania ad Ilerdam, cum Caeſarem fugeret, inſtante eo, caſtra poſuit: cum idem Caeſar feciſſet, & pabulatum ſuos dimiſiſſet, ille ſignum repente itineri dedit. a. C. 49. U. c. 705.

7. Antonius, cum ex Parthis ſibi inſtantibus reciperet exercitum, &, quoties prima luce moveret, toties urgentibus barbarorum ſagittis inferaretur abeuntium agmen, in quintam horam continuit ſuos, & fidem eo ſtativorum fecit. Qua perſuaſione U. c. 718.



Cap. XIII. I. Liv. 38, 16.
II. Antiochus cognom. Sidetes. Iuſt. 36, 1.
IV. App. Iber. 62.
V. Liv. 2, 9. ſqq. Dionyſ. 5, 21. ſqq.
VI. Caeſ. b. civ. 1, 80.
VII. Vid. 2, 3. 15.

ſuaſione digreſſis inde Parthis, juſtum iter reliqu
die ſine interpellatione confecit.

a. C. 221. 8. Philippus, in Epiro victus, ne fugientem eun
Ol. 139, 4. Romani premerent, inducias ad ſepeliendos, qu
caeſi erant, impetravit, & ob id remiſſioribus cu
ſtodibus evaſit.

a. C. 249. 9. P. Claudius, navali proelio ſuperatus a Poenis
U. c. 505. cum per hoſtium praeſidia neceſſe haberet erumpe
re, reliquas viginti naves tanquam victrices juſſi
ornari: atque ita Poenis exiſtimantibus, ſuperiore
fuiſſe acie noſtros, terribilis exceſſit.

10. Poeni, claſſe ſuperati, quia inſtantem aver
tere Romanum ſtudebant, ſimulaverunt, in vad
naves ſuas incidiſſe: haerentesque imitati, effece
runt, ut victor, eorum timens caſum, ſpatium a
evadendum daret.

a. C. 55. 11. Commius Atrebas, cum victus a Divo Juli
U. c. 699. ex Gallia in Britanniam fugeret, & forte ad Ocea
num ſecundo vento quidem, ſed aeſtu recedente
veniſſet, quamvis naves in ſiccis litoribus haere
rent, pandi nihilominus vela juſſit. Quae cum per
ſequens eum Caeſar, ex longinquo tumentia &
flatu plena vidiſſet, ratus, proſpero ſibi eripi curſu
receſſit.

IX. Flor. 2. 2. 29. Polyb. 1, 49. ſq.
XI. De hac Commii in Brit. fuga tacent ceteri ſcriptores. c Caeſ. B. G. IV, 21. 27. VIII 16. ſq. et 21. Dio. 40, p. 14c

# S. JULII FRONTINI STRATEGEMATICON LIBER TERTIVS.

## PRAEFATIO.

Si priores libri reſponderunt titulis ſuis, & lectorem hucusque cum attentione perduxerunt, edam nunc circa oppugnationes urbium defenſionesque ſtrategemata: nec morabor ulla praelocutione, prius traditurus, quae oppugnandis urbibus uſui ſunt, tum, quae obſeſſos inſtruere poſſint. Depoſitis autem operibus & machinamentis, quorum expleta jam pridem inventione, nullam video ultra artium materiam, has circa expugnationem ſpecies ſtrategematon fecimus:

*Cap. I De repentino impetu.*
*II. De fallendis iis, qui obſidentur.*
*III. De eliciendis ad proditionem.*
*IV. Per quae hoſtes ad inopiam redigantur.*
*V. Quemadmodum perſuadeatur, obſidionem permanſuram.*
*VI. De deſtructione praeſidiorum hoſtium.*
*VII. De fluminum derivatione, et vitiatione aquarum.*
*VIII. De injiciendo obſeſſis pavore.*
*IX De irruptione ex diverſa parte, quam exſpectamus.*
*X. De inſidiis, per quas eliciantur obſeſſi.*
*XI. De ſimulatione regreſſus.*

Ex contrario circa tutelam obſeſſorum:

*XII. De excitanda cura ſuorum.*
*XIII. De emittendo et recipiendo nuntio.*
*XIV. De introducendis auxiliis, et commeatibus ſuggerendis.*
*XV. Quemadmodum efficiatur, ut abundare videantur, quae deerunt.*
*XVI. Qua ratione proditoribus et transfugis occurratur.*
*XVII. De eruptionibus.*
*XVIII. De conſtantia obſeſſorum.*

## *Cap. I. De repentino impetu.*

a. C. 468. U. c. 286. 1. T. Quinctius Cos. victis acie Aequis & Volſcis, cum Antium oppidum expugnare ſtatuiſſet, ad concionem vocato exercitu, expoſuit, quam id neceſſarium & facile eſſet, ſi non differretur. Eoque impetu, quem exhortatio concitaverat, aggreſſus eſt urbem.

(U. c. 559.) 2. M. Cato in Hiſpania animadvertit, potiri ſe quodam oppido poſſe, ſi inopinatus invaderet. Quatridui itaque iter biduo per confragoſa & deſerta emenſus, nihil tale metuentes oppreſſit hoſtes. Victoribus deinde ſuis cauſam tam facilis eventus requirentibus, dixit, Tunc illos victoriam adeptos, cum quatridui iter biduo eripuerint.

## *Cap. II. De fallendis iis, qui obſidentur.*

1. Domitius Calvinus, cum obſideret Lunam, oppidum Ligurum, non ſitu tantum & operibus, verum etiam propugnatorum praeſtantia tutum, circuire muros frequenter omnibus copiis inſtituit, eaſdemque reducere in caſtra. Qua conſuetudine inductis ita oppidanis, ut crederent, exercitationis id gratia facere Romanum, & ob hoc nihil ab eo conatu caventibus, morem illum obambulandi in ſubitum direxit impetum: occupatisque moenibus, expreſſit, ut ſe ipſos dederent oppidani.

a. C. 260. U. c. 494. 2 C. Duilius Cos. ſubinde exercendo milites remigesque, conſecutus eſt, ut ſecuris Carthaginienſibus uſque in id tempus innoxiae conſuetudinis, ſubito admota claſſe, murum occuparet.

3.

Cap. I. I. Liv. 2, 65. Dionyſ. 9, 57. 58.
II b. Pun. I. Polyb. I, 24. Intra ſexageſimum diem, quam materies caeſa erat, claſſis CLX navium ad exemplum captae navis exaedificata, intereaque remiges futuri in litore ſedentes remis uti edocti ſunt.

3. Hannibal in Italia multas urbes cepit, cum Romanorum habitu quosdam ſuorum ex longo belli uſu Latine quoque loquentes praemitteret.

4. Arcades, Meſſeniorum caſtellum obſidentes, factis quibusdam armis ad ſimilitudinem hoſtilium, eo tempore, quo ſucceſſura alia praeſidia his exploraverant, inſtructi eorum, qui exſpectabantur, ornatu, admiſſique per hunc errorem, ut ſocii, poſſeſſionem loci cum ſtrage hoſtium adepti ſunt.

5. Cimon, dux Athenienſium, in Caria inſidiatus cuidam civitati, religioſum incolis templum Dianae, lucumque, qui extra muros erat, noctu inprovisus incendit: effuſisque oppidanis ad opem adverſus ignes ferendam, vacuam defenſoribus cepit urbem. a. C. 470. Ol. 77, 3.

6. Alcibiades, dux Athenienſium, cum civitatem Agrigentinorum egregie munitam obſideret, petito ab eis concilio, diu tanquam de rebus ad commune pertinentibus diſſeruit in theatro, ubi ex more Graecorum locus conſultationi praebebatur: dumque conſilii ſpecie tenet multitudinem, Athenienſes, quos ad id praeparaverat, incuſtoditam urbem ceperunt. a. C. 415. Ol. 91, 2.

7. Epaminondas Thebanus, in Arcadia, die feſto, effuſe extra moenia vagantibus hoſtium feminis, pleroſque ex militibus ſuis muliebri ornatu immiſcuit: qua ſimulatione illi intra portas ſub noctem recepti, ceperunt oppidum, & ſuis aperuerunt. Ol. 104, 2.

8. Ariſtippus Lacedaemonius, feſto die Tegeatarum, quo omnis multitudo, ad celebrandum Minervae ſacrum, urbe egreſſa erat, jumenta ſac-



V. Diod. 11, 60.

VI. Non Agrig ſed Catinenſium fuit civitas. Diod. 13, 4. Polyaen. 40, 4.

VII. Bis Arcadibus in auxilium contra Lacedem. et Eleos miſſus eſt: Ol. 102, 4. et 104, 2. Diod. 15, 62. 68 et 82 ſqq.

cis frumentariis, palea refertis, onuſta Tegeam miſit, agentibus ea militibus: qui negotiatorum ſpecie inobſervati, portas aperuerunt ſuis.

a. C. 197. ſqq. 9. Antiochus, in Cappadocia, ex caſtello Suenda, quod obſidebat, jumenta frumentatum egreſſa intercepit: occiſisque calonibus, eorundem veſtitu milites ſuos, tanquam frumentum reportantes, ſubmiſit. Quo errore illi, cuſtodibus deceptis, caſtellum intraverunt, admiſeruntque milites Antiochi.

10. Thebani, cum portum Sicyoniorum nulla vi redigere in poteſtatem ſuam poſſent, navem ingentem armatis compleverunt, expoſita ſuper merce, ut negotiatorum ſpecie fallerent: ab ea deinde parte murorum, quae longiſſime remota erat, apparere paucos diſpoſuerunt, cum quibus e nave quidam egreſſi inermes, ſimulata rixa, concurrerent. Sicyoniis ad dirimendum id jurgium advocatis, Thebanae naves & portum vacantem, & urbem occupaverunt.

11. Timarchus Aetolus, occiſo Charmade, Ptolemaei regis praefecto, chlamyde interemti & galero ad Macedonicum ornatus eſt habitum. Per hunc errorem pro Charmade in Samiorum portum receptus, occupavit.

### *Cap. III. De eliciendis ad proditionem.*

a. C. 272. U. c. 482. 1. Papirius Curſor Cos. apud Tarentum Miloni, qui cum praeſidio Epirotarum urbem obtinebat, ſalutem ipſi & popularibus, ſi per illum oppido potiretur, pollicitus eſt. Quibus praemiis ille corruptus, perſuaſit Tarentinis, ut ſe legatum ad conſu-

X. Polyaenus (5. 16, 3) id ſtrateg. Pammeni tribuit.

Cap. III. I. Milo a Pyrrho ad cuſtodiam arcis Tarent. relictus erat. Quod cum hi aegre ferrent, absque Poenis auxilia petiiſſent, Milo a duobus hoſtibus obſeſſus, Romanis urbem tradidit. Suppl. in Liv. 14, 37. 45.

ſulem mitterent: a quo plena promiſſa ex pacto referens, in ſecuritatem oppidanos reſolvit; atque ita incuſtoditam urbem Curſori tradidit.

2. M. Marcellus, cum Syracuſanum quendam Soſiſtratum ad proditionem ſollicitaſſet, ex eo cognovit, remiſſiores cuſtodias fore die feſto, quo Epicydes praebiturus eſſet vini epularumque copiam. Inſidiatus igitur hilaritati, &, quae eam ſequebatur, ſocordiae, munimenta conſcendit: vigilibusque caeſis, aperuit exercitui Romano urbem, nobilibus victoriis claram. a. C. 212. U. c. 542.

3. Tarquinius Superbus, cum Gabios in deditionem accipere non poſſet, filium ſuum Sextum Tarquinium, caeſum virgis, ad hoſtem miſit. Is, incuſata patris ſaevitia, perſuaſit Gabinis, odio ſuo adverſus regem uterentur: & dux ad bellum electus, tradidit patri Gabios.

4. *Cyrus*, Perſarum rex, ſuum comitem Zopyrum, explorata ejus fide, truncata de induſtria facie ad hoſtes dimiſit. Ille, aſſentante injuriarum fide, creditus inimiciſſimus Cyro, cum hanc perſuaſionem adjuvaret procurrendo propius, quoties acie decertaretur, & in eum tela dirigendo, commiſſam ſibi Babyloniorum urbem tradidit Cyro. a. C. 516. Ol. 66, 1.

5. Philippus oppido Saniorum excluſus, Apollonio praefecto eorum, ad proditionem corrupto, perſuaſit, ut plauſtrum, lapide quadrato oneratum, in ipſo aditu portae poneret. Confeſtim deinde ſigno dato inſecutus, oppidanos circa impedita portae clauſtra trepidantes oppreſſit. a. C. 343. Ol. 109, 2.

F 5 6.

II Liv 25. 23,

III. Liv. 1. 53. 54, Dionyſ 4, 53-58

IV. Non Cyrus ſed Darius Hyſtaspis comitem ſuum Zopyrum ita dimiſit. Herod. 3, 153. Iuſt. , 10.

V. In ej. expeditione in Thraciam. Diod. 16, 71.

a. C. 212. U. c. 542. 6. Hannibal apud Tarentum, quae a praeſidio Romano, duce Livio, tenebatur, Cononeum quendam Tarentinum, quem ad proditionem ſollicitaverat, ejusmodi fallacia inſtruxit, ut ille per cauſam venandi noctu procederet, quaſi id per hoſtem interdiu non liceret. Egreſſo ipſi apros ſubminiſtrabant, quos ille tanquam ex captura Livio offerret; idque cum ſaepius factum eſſet, & ideo minus obſervaretur, quadam nocte Hannibal, venatorum habitu, Poenos comitibus ejus immiſcuit: qui cum onuſti venatione, quam ferebant, recepti eſſent a cuſtodibus, protinus eos adorti, occiderunt. Tum fracta porta admiſſus cum exercitu Hannibal, omnes Romanos interfecit, exceptis his, qui in arcem profugerant.

a. C. 302. Ol. 119, 3. 7. Lyſimachus, rex Macedonum, cum Epheſios oppugnaret, & illi in auxilio haberent Mandronem archipiratam, qui plerumque oneratas praeda naves Epheſum appellebat, corrupto ei ad proditionem junxit fortiſſimos Macedonum, quos ille reſtrictis manibus pro captivis Epheſum introduceret: qui poſtea, raptis ex arce armis, urbem Lyſimacho tradiderunt.

## *Cap. IV. Per quae hoſtes ad inopiam redigantur.*

a. C. 215. U. c. 539. 1. Fabius Maximus, vaſtatis Campanorum agris, ne quid eis ad fiduciam obſidionis ſupereſſet, receſſit ſementis tempore, ut frumentum, quod reliquum habebant, in ſationes conferrent. Reverſus deinde, renata protrivit, & ad famem redactis potitus eſt.

2.

VI. Liv. 26, 39. 27, 23.

VII. In bellis inter Alexandri ſucceſſores, Antigonum, Caſſandrum, Demetrium, Seleucum etc. ortis. Lyſimachus cum ſuo exercitu, parteque copiarum Caſſandri in Aſiam movit, Epheſumque cepit. Diod. 20, 107.

Cap. IV, I. Liv. 23, 48. 25, 13.

2. Antigonus adverſus Athenienſes idem fecit.

3. Dionyſius, multis urbibus captis, cum Rheginos aggredi vellet, qui copiis abundabant, ſimulat pacem, petitque ab eis, ut commeatus exercitui ipſius ſubminiſtrarent. Quod cum impetraſſet, exhauſto oppidanorum frumento, aggreſſus urbem, alimentis deſtitutam ſuperavit. a. C. 388. Ol. 98, 1.

4. Idem & adverſus Himeraeos feciſſe dicitur.

5. Alexander oppugnaturus Leucadiam, commeatibus abundantem, prius caſtella, quae in confinio erant, cepit, omnesque ex his Leucadiam paſſus eſt confugere, ut alimenta inter multos celerius abſumerentur.

6. Phalaris Agrigentinus, cum quaedam loca, munitione tuta, in Sicilia oppugnaret, ſimulato foedere, frumenta, quae reſidua ſe habere dicebat, apud eos depoſuit. Deinde data opera, ut tectorum camerae, in quibus id conferebatur, reſciſſae pluviam reciperent, fiducia conditi commeatus proprio tritico abuſos, primo initio aeſtatis aggreſſus, inopia compulit ad deditionem. (Ol. 52, e)

## *Cap. V. Quemadmodum perſuadeatur, obſidionem permanſuram.*

1. CLEARCHUS Lacedaemonius exploratum habens, Thracas omnia victui neceſſaria in montes comportaſſe, una quoque ope ſuſtentari, quod crederent, eum (Ol. 92, 4)

III. Diodorus (14, 108. 111.) hanc ejus belli reddit cauſſam: Rhegini Dionyſio, virginem in matrimonium poſcenti, reſponſum dederant, ſe nullam praeter lictoris filiam ipſi conceſſuros eſſe. Itaque Dionyſius, qui tum forte in Italia verſabatur ut cauſam belli haberet, tanquam Syracuſas repeturus eſſet, ab iis commeatus petiit; quos cum primum ſuppeditaſſent, ei vero diutius circa urbem moranti, poſtea denegaſſent, bellum iis intulit, urbemque poſt obſidionem XI menſium cepit.

VI. Polyaen. 5. 1, 3.

Cap. V. 1. b. Peloponneſ. annus 23, in expeditione Lacedaem. Mindaro et Clearcho ducibus, contra Athen. eorumque ducem Alcibiadem, in Helleſponto, Thracia et circa Byzantium. Diod. 13, 51. 66.

eum commeatus inopia receſſurum, per id tempus, quo legatos eorum venturos opinabatur, aliquem ex captivis in conſpectu juſſit occidi, & membratim, tanquam alimenti cauſa, in contubernia diſtribuit. Thraces nihil non facturum perſeverantiae cauſa eum credentes, qui tam deteſtabiles epulas ſuſtinuiſſet experiri, in deditionem venerunt.

(U. c. 575.) 2. Tiberius Gracchus, Luſitanis dicentibus, in decem annos cibaria ſe habere, & ideo obſidionem non expaveſcere, Undecimo, inquit, anno vos capiam. Qua voce perterriti Luſitani, quamquam inſtructi commeatibus, ſtatim ſe tradiderunt.

(a. C. 189.) 3. A. Torquato Graecam urbem oppugnanti cum diceretur, juventutem ibi ſtudioſe jaculis & ſagittis exerceri; Pluris eam, inquit, propediem vendam.

## *Cap. VI. De deſtructione praeſidiorum hoſtium.*

a. C. 202. U. c. 552. 1. Scipio, Hannibale in Africam reverſo, cum plura oppida, quae ratio illi in poteſtatem redigenda dictabat, firmis praeſidiis diverſae partis obtinerentur, ſubinde aliquam manum ſubmittebat ad infeſtanda ea: noviſſime etiam, tanquam direpturus civitates, aderat: deinde ſimulato metu, refugiebat. Hannibal ratus, veram eſſe ejus trepidationem, deductis undique praeſidiis, tanquam de ſumma rerum decertaturus, inſequi coepit. Ita conſecutus Scipio, quod petierat, nudatas propugnatoribus urbes, per Maſiniſſam & Numidas cepit.

2.

II. Flor. 2, 17. Victor. 87. App. Hiſp. 43.

III. Cum Frontinus ſaepius praenomina et cognomina permutet, non alienum puto, hoc ſtrateg. potius Cn. Manlio Vulſoni qui bellum adverſus Graecos geſſit, adſcribere. Liv. 38, 12 ſqq.

2. P. Cornelius Scipio, intellecta difficultate expugnandi Delminium, quia omnium concurſu defendebatur, aggredi alia oppida coepit: & evocatis ad ſua defendenda ſingulis, vacuatam auxiliis Delminium cepit. a. C. 155. U. c. 599.

3. Pyrrhus, Epirotarum rex, adverſus Illyrios, cum civitatem, quae caput gentis erat, redigere in poteſtatem ſuam vellet, ejus deſperatione ceteras urbes petere coepit, conſecutusque eſt, ut hoſtes, fiducia velut ſatis munitae urbis ejus, ad tutelam aliarum dilaberentur. Quo facto revocatis ipſe rurſus omnibus ſuis, vacuam eam defenſoribus cepit.

4. Cornelius Rufinus Cos. cum aliquanto tempore Crotona oppidum fruſtra obſediſſet, quod inexpugnabile faciebat aſſumta in praeſidium Lucanorum manus, ſimulavit ſe coepto deſiſtere: captivum deinde, magno praemio ſollicitatum, miſit Crotona, qui, tanquam ex cuſtodia effugiſſet, perſuaſit, diſceſſiſſe Romanos. Id verum Crotonienſes arbitrati, dimiſere auxilia, deſtitutique propugnatoribus, inopinati & invalidi capti ſunt. a. C. 277. U. c. 477.

5. Mago, dux Carthaginienſium, victo Cn. Piſone, & in quadam turre circumſepto, ſuſpicatus ventura ei ſubſidia, perſugam miſit, qui perſuaderet appropinquantibus, captum jam Piſonem. Qua ratione deterritis eis, reliqua victoriae conſummavit.

6. Alcibiades in Sicilia, cum Syracuſanos capere vellet, ex Catinenſibus, apud quos tunc exercitum con- a. C. 415. Ol. 91, 2.

Cap. VI. II. In b. contra Dalmatas, qui Illyricos, ſocios pop. Rom. vaſtaverant. Suppl. in Liv. 47, 28.

IV. Poſt diſceſſum Pyrrhi in Siciliam. Suppl. in Liv. 14, 5-7.

VI. B. Pelop. ann. 17. Non Alcibiades hoc fecit, ſed Praetores ceteri Athen. Nicias et Lamachus. Ille enim accuſatus et ad dicendam cauſſam domum revocatus, claſſem jam reliquerat. Neque Syracuſas ceperunt Praetores ſed Olympieum, locum munitum, juxta Syracuſas ſitum. Vid. Diod. 13, 6. Thucyd. 6, 63 ſqq.

continebat, quendam exploratae ſollertiae ſubmiſit ad Syracuſanos. Is in publicum concilium introductus, perſuaſit, infeſtiſſimos eſſe Catinenſes Athenienſibus, &, ſi adjuvarentur a Syracuſanis, futurum, ut opprimerent eos & Alcibiadem. Qua re adducti Syracuſani, univerſis viribus Catinam petituri proceſſerunt, relicta ipſorum urbe: quam a tergo adortus Alcibiades deſolatam, ut ſperaverat, afflixit.

c. Ol. 9½, 2. 7. Cleonymus (Athenienſis) Troezenios, qui praeſidio Crateri tum tenebantur, aggreſſus, teſa quaedam, in quibus ſcriptum erat, veniſſe ſe ad liberandam eorum rempublicam, intra muros jecit, & eodem tempore captivos quosdam, conciliatos ſibi, remiſit, qui Craterum detractarent. Per hoc conſilium ſeditione inteſtina apud obſeſſos conciliata, admoto exercitu, potittus eſt civitate.

## *Cap. VII. De fluminum derivatione, & vitiatione aquarum.*

a. C. 77. U. c. 677. 1. P. Servilius, Iſauram oppidum, flumine, ex quo hoſtes aquabantur, averſo, ad deditionem ſiti compulit.

a. C. 51. U. c. 703. 2. C. Caeſar in Gallia Cadurcorum civitatem, amne cinctam, & fontibus abundantem, ad inopiam aquae redegit, cum fontes cuniculis avertiſſet, & fluminis uſum per ſagittarios arcuiſſet.

a. C. 142. U. c. 612. 3. Q. Metellus, in Hiſpania citeriore, in caſtra hoſtium, humili loco poſita, fluvium ex ſuperiore parte immiſit, & ſubita inundatione turbatos, per diſpoſitos in hoc ipſum inſidiatores, cecidit.

4.

VII. Ad b. Lamiacum referendum videtur, poſt mortem Alexandri in Graecia conflatum. Diod. 18, 12 18. Polyaenus (12 29, 1.) Cleonymum Spartanum vocat.

Cap. VII. I. b. Piratico. Flor. 3, 6. 4.
II. Caeſ. B. G. 8, 41.
III. b. Celtiberico App. Hiſp. 76. Flor. 2, 17.

4. *Alexander* apud Babylona, quae media flumine Euphrate dividebatur, foſſam pariter & aggerem inſtituit, ut in uſum ejus exiſtimarent hoſtes egeri terram. Atque ita ſubito flumine averſo, per alveum veterem, qui ſiccatus ingreſſum praebebat, urbem intravit.

5. Semiramis adverſus eosdem Babylonios, eodem Euphrate averſo, idem feciſſe dicitur.

6. Cliſthenes Sicyonius ductum aquarum in oppidum Criſaeorum ferentem rupit: mox affectis ſiti reſtituit aquam elleboro corruptam: qua uſos profluvio ventris decipiens, cepit. a. C. 594. Ol. 46, 1.

## *Cap. VIII. De injiciendo obſeſſis pavore.*

1. PHILIPPUS, cum Prinaſum caſtellum nulla vi capere poſſet, terram ante ipſos muros aggeſſit, ſimulavitque agi cuniculum. Caſtellani, quia ſubrutos ſe exiſtimarant, dediderunt. (Ol. 140 ſq.)

2. Pelopidas Thebanus, Magnetum duo oppida ſimul oppugnaturus, non ita longo ſpatio diſtantia, quo tempore ad alterum eorum exercitum admovebat, praecepit, ut ex compoſito ab aliis caſtris quatuor equites coronati, notabili alacritate velut victoriam annuntiantes, venirent. Ad cujus ſimulationem curavit, ut ſilva, quae in medio erat, incenderetur, praebitura ſpeciem urbis ardentis: praeterea quosdam, captivorum habitu, eodem juſſit per-

IV. Fuit Cyrus. Ol. 60, 3. a. C. 538. Xenoph. Cyrop. 7, 5. 7. Herod. 1, 191.

VI. Dux erat belli ab Amphyctionibus in Cirrhenſes decreti, quod Delphos oppugnaverant. Polyaen. 6. 13. Pauſan. in Phocide X, 37. Aeſchines in Cteſiph. Strabo (lib. 9.) eam rem de Eurylocho Theſſalo narrat.

Cap. VIII. I. Hic Philippus Demetrii fil. eſt. Polyb. 16, 10. Polyaen 4. 18, 1.

II. Pelopidas bis Theſſalis auxilia tulit adverſus Alexandrum tyrannum Pheraeorum. Ol. 92, 4. et 94, 1. Diod. 15, 67. 80. Nep. Pelop. 5. Polyaen. 2. 4, 1.

perduci. Qua aſſeveratione perterriti, qui obſidebantur, dum in parte jam ſe ſuperatos exiſtimant, defecerunt.

a. C. 548. Ol. 58. 1. 3. Cyrus, rex Perſarum, incluſo Sardibus Croeſo, qua praeruptus mons nullum aditum praeſtabat, ad moenia malos exaequantes altitudinem jugi ſubrexit, quibus ſimulacra hominum armata Perſici habitus impoſuerat, noctuque eos monti admovit. Tum prima luce ex altera parte muros aggreſſus eſt, ubi orto jam ſole ſimulacra illa, armatorum referentia habitum, refulſerunt. Oppidani captam urbem ab tergo credentes, & ob hoc in fugam dilapſi, victoriam hoſtibus conceſſerunt.

## *Cap. IX. De irruptione ex diverſa parte, quam exſpectamus.*

C. 210. a. c. 544. 1. Scipio apud Carthaginem ſub diſceſſum aeſtus maritimi ſecutus Deum, ut dicebat, ducem, ad muros urbis acceſſit, &, cedente ſtagno, qua non exſpectabatur, irrupit.

a. C. 213. U. c. 541. 2. Fabius Maximus, Cunctatoris filius, apud Arpos, praeſidio Hannibalis occupatos, conſiderato ſitu urbis, ſexcentos milites obſcura nocte miſit, qui per munitam, eoque minus frequentem oppidi partem ſcalis evecti in murum, portas revellerent. Hi adjuti decidentium aquarum ſono, qui operis ſtrepitum obſcurabat, juſſa peragunt. Ipſe, dato ſigno, ab alia parte aggreſſus, cepit Arpos.

a. C. 107. U. c. 647. 3. C. Marius, bello Jugurthino, apud flumen Mulucham, cum oppugnaret caſtellum, in monte ſaxeo ſitum, quod una & anguſta ſemita adibatur, cetera parte (velut conſulto) praecipiti, nuntiato ſibi

III. Herod. 1, 84.
Cap. IX. I. b. Pun, 2, in Hiſp. Liv. 26, 46.
II. Liv. 24, 46.
III. Sall. Iug. 92. Flor. 3, 1[illegible]

ſibi per Ligurem quendam ex auxiliis gregalem militem, qui forte aquatum progreſſus, dum per ſaxa montis cochleas legit, ad ſummum pervenerat, erepi poſſe in caſtellum, paucos centuriones, quibus perfectiſſimos cum velociſſimis militibus aeneatores immiſcuerat, miſit, capite pedibusque nudis, ut proſpectus niſusque per ſaxa facilior foret, ſcutis gladiisque a tergo aptatis. Hi Ligure duce, & loris & clavis, quibus in aſcenſu nitebantur, adjuti, cum ad poſteriora, & ob id vacua defenſoribus, caſtelli perveniſſent, concinere & tumultuari, ut praeceptum erat, coeperunt. Ad quod conſtitutum Marius conſtantius adhortatus ſuos, acrius inſtare caſtellanis coepit: quos ab imbelli multitudine ſuorum revocatos, tanquam ab tergo capti eſſent, inſecutus, caſtellum cepit.

4. L. Cornelius Cos. complura Sardiniae cepit oppida, dum firmiſſimas partes copiarum noctu exponit, quibus praecipiebat, deliteſcerent, opperirenturque tempus, quo ipſe naves appelleret; occurrentibus deinde adventanti hoſtibus, & ab ipſo per ſimulationem fugae longius ad perſequendum avocatis, illi in relictas ab his urbes impetum facerent. a. C. 259. U. c. 495

5. Pericles, Athenienſium dux, cum oppugnaret quandam civitatem, magno conſenſu defendentium tutam, nocte ab ea parte murorum, quae mari adjacebat, claſſicum cani, clamoremque attolli juſſit. Hoſtes penetratum illac oppidum rati, reliquerunt portas: per quas Pericles, deſtitutas praeſidio, irrupit.

6. Alcibiades, dux Athenienſium, Cyzicum oppugnandi ejus cauſa, nocte improviſus acceſſit, & a. C. 411. Ol. 92, 2.

IV. b. Pun. 1. Suppl. in Liv. 17, 13.21. Flor. 2, 2, 15.

VI. Thucyd. 8, 107. Diod. 13, 40.

& diverſa parte moenium cornicines canere juſſit. Sufficere propugnationi murorum poterant. Ad id latus, a quo ſolo ſe tentari putabant, cum confluerent, qua non obſiſtebatur, muros tranſcendit.

7. Thraſybulus, (dux Mileſiorum), ut portum Sicyoniorum occuparet, a terra ſubinde oppidanos tentavit: & illo, quo laceſſebantur, converſis hoſtibus, claſſe inexſpectata portum cepit.

8. Philippus in obſidione cujusdam maritimae urbis, binas naves procul a conſpectu contabulavit, ſuperſtruxitque eis turres: aliis deinde turribus adortus a terra, domibus propugnatores diſtringit, turritas naves a mari applicuit, & qua non reſiſtebatur, ſubiit muros.

9. Pericles Peloponneſiorum caſtellum oppugnaturus, in quod duo omnino erant acceſſus, alterum foſſa intercluſit, alterum munire inſtituit. Caſtellani ſecuriores ab altera parte facti, eam ſolam, quam muniri videbant, cuſtodire coeperunt. Pericles, praeparatis pontibus, injectisque ſuper foſſam, qua non cavebatur, ſubiit caſtellum.

a. C. 197. Ol. 145, 4. 10. Antiochus, adverſus Epheſios, Rhodiis, quos in auxilio habebat, praecepit, ut nocte portum cum magno ſtrepitu invaderent. Ad quam partem omni multitudine cum tumultu decurrente, nudatis defenſore reliquis munitionibus, ipſe ex adverſo aggreſſus, civitatem cepit.

*Cap. X.*

VII. De tali expedit. tacent ceteri auctores. Error itaque vel Frontini vel librarii cujusdam ſubeſſe, et verba *d. Mil.* e margine irrepſiſſe videntur. Vide 3. 15, 6 Potius ſuſpicari licet, hunc Thraſyb. fuiſſe tyrannum Syracuſanorum; quem cum a ſuis pulſus eſſet, urbis partem, inſulamque munitam occupaviſſe, a. C. 466. Ol. 78, 3. Diodorus (XI, 67. 68) narrat; et verba *Sicyoniorum* et *Syracuſanorum* facile permutari poterant.

X. Liv. 33, 19. 20.

*Cap. X. De inſidiis, per quas eliciantur obſeſſi.*

1. Cato in conſpectu Lacetanorum, quos obſidebat, reliquis ſuorum ſubmotis, Sueſſetanos quosdam ex auxiliaribus, maxime imbelles, aggredi moenia juſſit: hos cum facta eruptione Lacetani facile avertiſſent, & fugientes avide inſecuti eſſent, illis, quas occultaverat, cohortibus oppidum cepit. a. C. 195. U. c. 559.

2. L. Scipio, in Sardinia, cuiusdam civitatis per tumultum relicta oppugnatione, quam inſtruxerat, ſpeciem fugientis praeſtitit: inſecutisque temere oppidanis, per eos, quos in proximo occultaverat, oppidum invaſit. a. C. 259. U. c. 495.

3. Hannibal, cum obſideret civitatem Himeram, caſtra ſua capi de induſtria paſſus eſt, juſſis recedere Poenis, tanquam praevaleret hoſtis. Quo eventu Himeraeis ita deceptis, ut gaudio impulſi, relicta urbe, procurrerent ad Punicum vallum, Hannibal vacuam urbem, per eos, quos in inſidiis ad hanc ipſam occaſionem poſuerat, cepit. a. C. 409. Ol. 92, 4.

4. *Idem*, ut Saguntinos eliceret, rara acie ad muros accedens, ad primam eruptionem oppidanorum ſimulata fuga ceſſit, interpoſitoque exercitu, ab oppido interclusos a ſuis hoſtes, in medio trucidavit. a. C. 219. U. c. 535.

5. Himilco Carthanienſis, apud Agrigentum, juxta oppidum partem copiarum in inſidiis poſuit, praecepitque his, ut, cum proceſſiſſent oppidani, ligna humida incenderent: deinde cum reliqua parte exercitus prima luce ad eliciendos hoſtes progreſſus a. C. 214. Ol. 141, 3.

 ſus

Cap. X. I. Liv. 34, 20.
II. Vide 3. 9, 4.
III. b inter Carthag. et Syracuſ. Diod 13, 59.
IV. Non idem dux fuit, niſi malis *Segeſtanos* vel *Selinuntinos* legere. Vide Diod. 13, 43. 44. Livius, qui (21, 7 ſqq.) Sagunti obſidionem tam accurate deſcripſit, nusquam hujus ſtrateg. meminit.
V. Liv. 24, 35. Polyaen. 5. 10, 4.

ſus, ſimulata fuga perſequentes oppidanos longius cedendo protraxit. Inſidiatores prope moenia imperatum ignem acervis ſubjecerunt: unde obortum contemplati fumum Agrigentini, incenſam civitatem ſuam exiſtimaverunt, defendendaeque ejus gratia dum trepide recurrunt, obviis eis, qui inſidiati juxta muros erant, & a tergo inſtantibus, quos perſecuti fuerant, in medio trucidati ſunt.

6. Viriathus, diſpoſito per occulta milite, paucos miſit, qui abigerent pecora Segobrigenſium. Ad quae illi vindicanda cum frequentes procucurriſſent, ſimulantesque fugam praedatores perſequerentur, deducti in inſidias, caeſique ſunt.

7. Scordiſci equites, cum Heracleae duarum partium praeſidio praepoſitus eſſet Lucullus, pecora abigere ſimulantes, provocarunt eruptionem: fugam deinde mentiti, ſequentem Lucullum in inſidias deduxerunt, & octingentos cum eo milites occiderunt.

8. Chares, dux Athenienſium, civitatem aggreſſurus litori appoſitam, poſt quaedam promontoria occulte habita claſſe, e navibus velociſſimam praeter hoſtilia praeſidia ire juſſit. Qua viſa, cum omnia navigia, quae pro cuſtodia portus agebant, ad perſequendam evolaſſent, Chares in indefenſum portum cum reliqua claſſe invectus, etiam civitatem occupavit.

a. C. 250. U. c. 504. ſqq. 9. Barca, dux Poenorum, in Sicilia Lilybaeum noſtris terra marique obſidentibus, partem claſſis ſuae

VII. Frenshem. in Suppl. ad Liv. 63, 3. eam rem ad ann. U. c. 640 refert, Coſſ. M. Atilio Balbo et C. Porcio Catone. Hic cum Macedoniam prov. haberet, a Scordiſcis eam infeſtantibus victus eſt. — Alius Lucullus eſt is, qui U. c. 683, cum Moeſis b. geſſit. App. Illyr. 30. Flor. 3. 4, 6. Pro *d. partium* fortaſſe legendum eſt *d. cohortium.*

IX. b. Pun. I. ann. 15 ſqq. Barca Hamilcar. Nep. in ej. vita. Polybius id de Hannibale narrat I, 44. cf. 56.

ſuae procul armatam juſſit oſtendi. Ad ejus conſpectum cum evolaſſent noſtri, ipſe reliquis, quas in occulto tenuerat, navibus Lilybaei portum occupavit.

## *Cap. XI. De ſimulatione regreſſus.*

1. PHORMION, dux Athenienſium, cum depopulatus eſſet agros Chalcidenſium, legatis eorum, de ea re querentibus, benigne reſpondit, & nocte, qua dimiſſuras illos erat, finxit, literas ſibi ſupervenisſe civium ſuorum, propter quas redeundum haberet: ac paulum regreſſus, dimiſit legatos. His omnia tuta, & abiſſe Phormionem renuntiantibus, Chalcidenſes ſpe & oblatae humanitatis, & abducti exercitus, remiſſa urbis cuſtodia, cum confeſtim Phormion revertiſſet, prohibere inexſpectatam vim non potuerunt. Ol. 87, 1.

2. Ageſilaus, dux Lacedaemoniorum, cum Phocenſes obſideret, & intellexiſſet, eos, qui tunc praeſidio illis erant, jam gravari belli incommodo, paululum regreſſus tanquam ad alios actus, liberam recedendi occaſionem his dedit. Non multo poſt, milite reducto, deſtitutos Phocenſes ſuperavit. (Ol. 106, 2)

3. Alcibiades, adverſus Byzantios, qui ſe moenibus continebant, inſidias diſpoſuit, & ſimulato regreſſu, incautos eos oppreſſit. a. C. 408. Ol. 93, 4.

4. Viriathus, cum tridui iter diſcedens confeciſſet, idem illud uno die remenſus, ſecuros Segobrigenſes, & ſacrificio tum cum maxime occupatos oppreſſit.



Cap. XI. I. Ad b. Athen. cum Potidaeis referendum videtur. Diod. 12, 34-37. Polyaen. 3, 4. 1.

II. Polyaen. 2, 1, 16.

III. Xenoph. h. gr. 1, 3. Diod. 13, 66.

a. C. 365. Ol. 104, 2. 5. Epaminondas, in Mantinia, cum Lacedaemonios in ſubſidium hoſti veniſſe animadverteret, ratus, poſſe Lacedaemonem occupari, ſi clam illo profectus eſſet: nocte crebros ignes fieri juſſit, ut ſpecie remanendi occultaret profectionem: ſed a transfuga proditus, aſſecuto exercitu Lacedaemoniorum, itinere quidem, quo Spartam petebat, deſtitit: idem tamen conſilium convertit ad Mantinienſes. Aeque enim ignibus factis Lacedaemonios, quaſi maneret, fruſtratus, per quadraginta millia paſſuum Mantiniam revertit, eamque auxilio deſtitutam occupavit.

## *Cap. XII. Ex contrario circa tutelam obſeſſorum. De excitanda cura ſuorum.*

c. Ol. 93. 1. ALCIBIADES Athenienſis, civitate ſua a Lacedaemoniis obſeſſa, veritus negligentiam vigilum, denuntiavit his, qui in ſtationibus erant, obſervarent lumen, quod nocte oſtenſurus eſſet ex arce, & ad conſpectum ejus ipſi quoque lumina attollerent: in quo munere qui ceſſaſſet, poenam paſſurum. Dum ſollicite exſpectatur ſignum ducis, pervigilatum ab omnibus, & ſuſpectae noctis periculum evitatum eſt.

a. C. 393. Ol. 96, 4. 2. Iphicrates, dux Athenienſium, cum praeſidio Corinthum teneret, & ſub adventum hoſtium ipſe vigilias circuiret, vigilem, quem dormientem viderat, transfixit cuſpide: quod factum quibusdam, tan-

V. Tegeatibus bellum erat cum Mantinienſibus. Illi Thebanos in auxilium vocaverant. Diod 15, 82 ſqq.

Cap XII. I. Agis rex Laced. obſedit Athenas; ſed eodem tempore Alcibiades expeditionem in Samum ſusceperat. Diod. 13, 72. — Xenophon (h gr. I. 1, 23.) ducem Athen. Thraſylum vocat. Vide Polyaen. 1. 41, 3.

II. Tuebatur Corinthum a Spartanis. Diod. 14, 91. Nep. Iphicr. 2.

tanquam ſaevum, increpantibus, Qualem inveni, inquit, talem reliqui.

3. Epaminondas Thebanus idem feciſſe dicitur.

## *Cap. XIII. De emittendo et recipiendo nuntio.*

1. Romani obſeſſi in Capitolio, ad Camillum ab exſilio implorandum miſerunt Pontium Cominium: qui, ut ſtationes Gallorum falleret, per ſaxa Tarpeja demiſſus, transnato Tiberi, Vejos pervenit, & perpetrata legatione, ſimiliter ad ſuos rediit. a. C. 389. U. c. 365.

2. Campani, diligenter Romanis, a quibus obſeſſi erant, cuſtodias agentibus, quendam pro transfuga ſubornatum miſerunt: qui occultatam balteo epiſtolam, inventa effugiendi occaſione, ad Poenos pertulit. a. C. 211. U. c. 543.

3. Venationi quoque & pecoribus quidam inſuerunt literas, membranis mandatas.

4. Aliqui & jumentum in averſam partem inſulſerunt, dum ſtationes tranſeunt.

5. Nonnulli interiora vaginarum inſcripſerunt.

6. L. Lucullus, Cyzicenos obſeſſos a Mithridate ut certiores adventus ſui faceret, cum praeſidiis hoſtium teneretur introitus urbis, qui unus & anguſtus ponte modico inſulam continenti jungit, militem e ſuis, nandi & nauticae artis peritum, juſſit inſidentem duobus inflatis utribus, literas inſutas habentibus, quos ab inferiore parte duabus regulis inter ſe diſtantibus commiſerat, ire ſeptem millium paſſuum trajectum. Quod ita perite gregalis fecit, ut cruribus, velut gubernaculis, dimiſſis cur- a. C. 74. U. c. 680. ſqq.



Cap. XIII. I. Camillus tunc exul Ardeae degebat, et ad eundem locum pervenit Pontius; exercitus autem Rom. a Gallis victus, Vejos fugerat. Liv. 5, 46 Plut. in Camillo 25 ſq.
II. Liv 26, 4. 7. 11.
VI. Salluſt. hiſt. 3, 3. 7. Flor. 3, 5, 15.

curſum dirigeret, & procul viſentes, qui in ſtatione erant, marinae ſpecie beluae deciperet.

a. C. 43. U. c. 711. 7. Hirtius Cos. ad Decimum Brutum, qui Mutinae ab Antonio obſidebatur, literas ſubinde miſit plumbo ſcriptas, quibus ad brachium religatis, milites Scultennam amnem transnabant.

8. Idem columbis, quas incluſas ante tenebris et fame affecerat, epiſtolas ſeta ad collum religabat, easque a propinquo, in quantum poterat, moenibus loco emittebat. Illae lucis cibique avidae, altiſſima aedificiorum petentes, excipiebantur a Bruto: qui eo modo de omnibus rebus certior fiebat, utique poſtquam diſpoſito quibusdam locis cibo columbas illuc devolare inſtituerat.

## *Cap. XIV. De introducendis auxiliis, & commeatibus ſuggerendis.*

a. C. 451. U. c. 709. 1. Bello civili, cum Ategua urbs in Hiſpania Pompejanarum partium obſideretur, Munatius interim rex, tanquam Caeſarianus tribuni cornicularius vigiles quosdam excitavit, e quibus aliquos evitans, conſtantia fallaciae ſuae per medias Caeſaris copias praeſidium Pompeji transduxit.

a. C. 216 U. c. 538. 2. Hannibale obſidente Caſilinum, Romani farinam doliis ſecunda aqua Vulturni fluminis demittebant, ut ab obſeſſis exciperetur. Quibus cum objecta per medium amnem catena Hannibal obſtitiſſet, nuces ſparſere: quae cum, aqua ferente, ad oppidum defluerent, eo commeatu ſociorum neceſſitatem ſuſtentaverunt.

a. C. 43. U. c. 711. 3. Hirtius Mutinenſibus, obſeſſis ab Antonio, ſalem, quo maxime indigebant, cupis conditum, per amnem Scultennam intromiſit.

4.

VII. Dio. 46. p. 315.
VIII. Plin. 10, 37.
Cap. XIV. 1. Caeſ. Hiſp. 8 et
22. Dio. 43. p. 230.
II. Vid. 3. 15, 3.

4. Idem pecora ſecunda aqua demiſit: quae excepta ſuſtentaverunt neceſſariorum inopiam.

*Cap. XV. Quemadmodum efficiatur, ut, quae deerunt, abundare videantur.*

1. ROMANI, cum a Gallis Capitolium obſideretur, in extrema jam fame panem in hoſtem jactaverunt: conſecutique, ut abundare commeatibus viderentur, obſidionem, donec Camillus ſubveniret, toleraverunt. a. C. 389. U. c. 365.

2. Athenienſes adverſus Lacedaemonios idem feciſſe dicuntur.

3. Hi, qui ab Hannibale Caſilini obſidebantur, ad extremam famem perveniſſe crediti, cum etiam herbas alimentis eorum Hannibal, ſaepe arato loco, qui erat inter caſtra ipſius & moenia, praeriperet, ſemina in praeparatum locum jecerunt: conſecuti, ut habere viderentur, quo victum ſuſtentarent uſque ad ſatorum proventum. a. C. 216. U. c. 538.

4. Reliqui ex Variana clade, cum obſiderentur, quia defici frumento videbantur, horrea tota nocte circumduxerunt captivos; deinde praeciſis manibus dimiſernnt. Hi circumſedentibus ſuis perſuaſerunt, ne ſpem maturae expugnationis reponerent in fame Romanorum, quibus ingens alimentorum copia ſupereſſet. p. C. 9. U. c. 762.

5. Thraces in arduo monte obſeſſi, in quem hoſtibus acceſſus non erat, collato viritim exiguo tritico aut caſeo paverunt pecora, & in hoſtium praeſidia dimiſerunt: quibus exceptis & occiſis, cum frumenti veſtigia in viſceribus eorum apparuiſſent, opinatus hoſtis, magnam vim tritici ſupereſſe eis, qui inde etiam pecora paſcerent, receſſit ab obſidione.

 6.

Cap. XV. I. Liv. 5, 48. Ovid. Faſt. 6, 350. III. Liv. 23, 17. 19. IV. Front. 2, 7. 13.

a. C. 601. Ol. 44, 4. 6. Thraſybulus, dux Mileſiorum, cum longa obſidione milites ſui angerentur ab Alyatte, qui ſperabat, eos ad deditionem fame poſſe compelli, ſub adventum legatorum Alyattis frumentum omne in forum compellere juſſit, & conviviis ſub id tempus inſtitutis per totam urbem epulas praeſtitit: atque ita perſuaſit hoſti, ſupereſſe ipſis copias, quibus diuturnam ſuſtinerent obſidionem.

### *Cap. XVI. Qua ratione proditoribus & transfugis occurratur.*

a. C. 216. U. c. 538. 1. Cl. Marcellus, cognito conſilio Bantii Nolani, qui corrumpere ad defectionem populares ſtudebat, & Hannibali gratificabatur, quod illius beneficio curatns inter Cannenſes ſaucius, & ex captivitate remiſſus ad ſuos erat, quia interficere eum, ne ſupplicio ejus reliquos concitaret Nolanos, non audebat, arceſſitum ad ſe allocutus eſt, dicens, fortiſſimum eum militem eſſe, quod antea ignoraſſet; hortatusque eſt, ut ſecum moraretur; & ſuper verborum honorem, equo quoque donavit. Qua benignitate non illius tantum fidem, ſed etiam populariam, qui ex illo pendebant, ſibi obligavit.

2. Hamilcar, dux Poenorum, cum frequenter auxiliares Galli ad Romanos tranſirent, etiam ex conſuetudine, ut ſocii, exciperentur, ſibi fideliſſimos ſubornavit, ad ſimulandam tranſitionem: qui Romanos, excipiendorum eorum cauſa progreſſos, cciderunt. Quae ſollertia Hamilcari non tantum ad praeſentem profuit ſucceſſum, ſed in poſterum praeſtitit, ut Romanis veri quoque transfugae forent ſuſpecti.

3.

VI. Herod. 1, 21. 22. Polyaen. 6, 47.
Cap. XVI. I. Liv. 23, 15. Plut. in Marcello 10.
III. Diod. 23, 9. Polyb. 1, 18. 20.

3. Hanno, Carthaginienſium imperator in Sicilia, cum comperiſſet, Gallorum mercenariorum circiter quatuor millia conſpiraſſe ad transfugiendum ad Romanos, quod aliquod menſium mercedes non receperant, animadvertere autem in eos non auderet metu ſeditionis, promiſit, prolationis injuriam liberalitate penſaturum. Quo nomine gratias agentibus Gallis, per tempus idoneum datis pollicitis, fideliſſimum diſpenſatorem ad Otacilium Cos. miſit: qui, tanquam rationibus interverſis transfugiſſet, nuntiavit, nocte proxima Gallorum quatuor millia, quae praedatum forent miſſa, poſſe excipi. Otacilius nec ſtatim credidit transfugae, nec tamen rem ſpernendam ratus, diſpoſuit in inſidiis lectiſſimam ſuorum manum. Ab ea Galli excepti, dupliciter Hannonis conſilio ſatisfecerunt, & Romanos ceciderunt, & ipſi omnes interfecti ſunt. a. C. 260. U. c. 493.

4. Hannibal ſimili conſilio ſe a transfugis ultus eſt. Nam cum aliquos ex militibus ſuis ſciret transiiſſe proxima nocte, nec ignoraret, exploratores hoſtium in caſtris ſuis eſſe, palam pronuntiavit, non debere transfugas vocari ſollertiſſimos milites, qui ipſius juſſu exierint ad excipienda hoſtium conſilia. Auditis, quae pronuntiavit, retulerunt exploratores ad ſuos. Tunc comprehenſi ab Romanis transfugae, & amputatis manibus remiſſi ſunt.

5. Diodorus, cum praeſidio Amphipolin tueretur, & duo millia Thracum ſuſpecta haberet, quae videbantur urbem direptura, mentitus eſt, paucas hoſtium naves proximo litori applicuiſſe, easque diripi poſſe. Qua ſpe ſtimulatos Thracas emiſit ac deinde clauſis portis non recepit. a. C. 168. U. c. 586.

*Cap. XVII.*

V. In b. cum Perſeo. Liv. 44, 44.

## *Cap. XVII. De eruptionibus.*

a. C. 250. U. c. 504. 1. ROMANI, qui in praeſidio Panormitanorum erant, veniente ad obſidionem Haſdrubale, raros ex induſtria in muris poſuerunt defenſores: quorum paucitate contemta, cum incautus muris ſuccederet Haſdrubal, eruptione facta, ceciderunt eum.

a. C. 181. U. c. 573. 2. Aemilius Paullus, univerſis Liguribus improviſo adortis caſtra ejus, ſimulato timore militem diu continuit: deinde fatigato jam hoſte, quatuor portis eruptione facta, ſtravit cepitque Ligures.

3. Velius, praefectus Romanorum, arcem Tarentinorum tenens, miſit ad Haſdrubalem legatos, uti abire ſibi incolumi liceret. Ea ſimulatione ad ſecuritatem perductum hoſtem, eruptione facta, cecidit.

a. C. 49. U. c. 705. 4. Cn. Pompejus, circumſeſſus ad Dyrrhachium, non tantum obſidione liberavit ſuos, verum etiam poſt eruptionem, quam opportuno & loco & tempore fecerat, Caeſarem ad caſtellum, quod duplici munitione inſtructum erat, avide irrumpentem, exterior ipſe circumfuſus corona obligavit, ut ille inter eos, quos obſidebat, & eos, qui extra circumvenerant, medius, non leve periculum & detrimentum ſenſerit.

a. C. 85. U. c. 669. 5. Flavius Fimbria, in Aſia, apud Rhyndacum, adverſus filium Mithridatis, brachiis ab latere ductis, deinde foſſa in fronte percuſſa, quietum in vallo militem tenuit, donec hoſtilis equitatus intraret anguſtias munimentorum: tunc, eruptione facta, ſex millia eorum cecidit.

a. C. 54. U. c. 700. 6. C. Caeſar in Gallia deletis ab Ambiorige Titurii Sabini & Cottae legatorum copiis, cum a Q. Ci-

Cap. XVII. I. b. Pun. 1. Dux Rom. erat. L. Caecil. Metellus. Polyb. I, 39. 40.

II. Liv. 40, 25 ſqq. Victor. 56.

III. Quae Livius (24, 20. 25, 10. 11. 26, 39) de Tarentinae arcis per Hannibalem oppugnatione narrat, a noſtro valde diſſentiunt.

IV. Caeſ. b. civ. 25.

V, App. Mithrid. 52.

VI. Caeſ. B. G. 5, 49 - 51. Dio. 40, p. 125.

Cicerone, qui & ipſe oppugnabatur, certior factus cum duabus legionibus adventaret, converſis hoſtibus, metum ſimulavit, militesque in caſtris, quae arctiora ſolito induſtria fecerat, tenuit. Galli, praeſumta jam victoria, velut ad praedam caſtrorum tendentes, foſſas implere, & vallum detrahere coeperunt. Qua re proelio aptatos Caeſar, emiſſo repente undique milite, trucidavit.

7. Titurius Sabinus, adverſus Gallorum amplum exercitum continendo militem intra munimenta, praeſtitit eis ſuſpicionem metuentis: cujus augendae cauſa perfugam miſit, qui affirmaret, exercitum Romanum in deſperatione eſſe, ac de fuga cogitare. Barbari oblata victoriae ſpe concitati, lignis ſarmentisque ſe oneraverunt, quibus foſſas complerent, ingentique curſu caſtra noſtra in colle poſita petiverunt: unde in eos Titurius univerſas immiſit copias, multisque Gallorum caeſis, plurimos in deditionem accepit. a. C. 56. U. c. 698.

8. Aſculani, oppugnaturo oppidum Pompejo, cum paucos ſenes aegros in muris oſtendiſſent, ob id ſecuros Romanos, eruptione facta, fugaverunt. a. C. 89. U. c. 665.

9. Numantini obſeſſi ne pro vallo quidem inſtruxerunt aciem, adeoque ſe continuerunt, ut Popillio Laenati fiducia fieret ſcalis oppidum aggrediendi. Quo deinde ſuſpicante inſidias, quia ne tunc quidem obſiſtebatur, ac ſuos revocante, eruptione facta, averſos & deſcendentes adorti ſunt. U. c. 615.

### *Cap. XVIII. De conſtantia obſeſſorum.*

1. Romani, aſſidente moenibus Hannibale, oſtentandae fiduciae gratia, ſupplementum exercitibus, quos in Hiſpania habebant, diverſa porta miſerunt. a. C. 211. U. c. 543.

2.

VII. Caeſ. B. G. 3, 17.
VIII. b. Sociali. App. b. civ. 1, 47. 48.
IX. App. Hiſp. 79.
Cap. XVIII. 1. Liv. 26, 1. 8. 11

2. Iidem agrum, in quo caſtra Hannibal habebat, defuncto forte domino, venalem ad id pretium licendo perduxerunt, quo is ager ante bellum venierat.

3. Hi, dum ab Hannibale obſidentur, & ipſi obſederunt Capuam: decreveruntque, ne, niſi capta ea, revocaretur inde exercitus.

III. Liv. 26, 11. et 8.

# S. JULII FRONTINI STRATEGEMATICON
## LIBER QUARTVS.

## PRAEFATIO.

Multa lectione conquiſitis ſtragtegematibus, & non exiguo ſcrupulo digeſtis, ut promiſſum trium librorum implerem, ſi modo implevi, in hoc exhibebo ea, quae parum apte deſcriptioni priorum ad ſpeciem alligata ſubjici videbantur, & erant exempla potius ſtrategicon, quam ſtrategematicon. Quae idcirco ſeparavi, quia, quamvis clara, diverſae tamen erant ſubſtantiae: ne, ſi qui forte in aliqua ex his incidiſſent, ſimilitudine inducti praetermiſſa opinarentur. Et ſane velut reſidua expedienda ſunt: in quo, ſicut antea, & ipſe ordinem per ſpecies ſervare conabor.

## INDEX CAPITUM.

*Cap. I. De diſciplina.*
*II De effectu diſciplinae.*
*III. De continentia.*
*IV De juſtitia.*
*V. De conſtantia.*
*VI. De affectu et moderatione.*
*VII. De variis conſiliis.*

*Cap. I.*

## *Cap. I. De diſciplina.*

1. P. Scipio ad Numantiam, corruptum ſuperiorum ducum ſocordia exercitum correxit, dimiſſo ingenti lixarum numero, redactis ad munus quotidiana exercitatione militibus. Quibus cum frequens injungeret iter, portare complurium dierum cibaria imperabat, ita ut frigora & imbres pati, vada fluminum pedibus trajicere aſſueſceret miles: exprobrante ſubinde imperatore timiditatem & ignaviam, frangente delicatioris uſus ac parum neceſſaria expeditioni vaſa. Quod maxime notabiliter accidit C. Memmio tribuno, cui dixiſſe traditur Scipio: Mihi pauliſper & reipublicae, tibi ſemper nequam eris. a. C. 134. U. c. 620.

2. Q. Metellus, bello Jugurthino, ſimiliter lapſam militum diſciplinam pari ſeveritate reſtituit, cum inſuper prohibuiſſet alia carne, quam aſſa elixave, milites uti. 109. 645.

3. Pyrrhus delectori ſuo fertur dixiſſe, Tu grandes elige, ego eos fortes reddam.

4. L. *Flacco* & C. Varrone Coss. milites primo jurejurando facti ſunt: ante ea enim ſacramento tantummodo a tribunis rogabantur: ceterum ipſi inter ſe conjurabant, ſe fugae atque formidinis cauſa non abituros, neque ex ordine receſſuros, niſi teli petendi, feriendive hoſtis, aut civis ſervandi cauſa. 216. 538.

5. Scipio Africanus, cum ornatum ſcutum elegantius cujusdam vidiſſet, dixit, non mirari ſe, quod tanta cura ornaſſet, in quo plus praeſidii, quam in gladio haberet.

6.

Cap. I. I. App. Hiſp. 85 ſqq. Flor. 2. 18, 9 ſqq.
II. Salluſt. Iug. 43 ſqq.
IV. Non Flacco, ſed Aemil. Paullo et C. Terentio Varr Coſſ. id factum refert Livius 22, 38.

c. Ol. 105. 6. Philippus, cum primum exercitum conſtitueret, vehiculorum uſum omnibus interdixit, equitibus non amplius quam ſingulos calones habere permiſit: peditibus autem denis ſingulos, qui molas & funes ferrent. In aeſtiva exeuntibus triginta dierum farinam collo portare imperavit.

7. C. Marius recidendorum impedimentorum gratia, quibus maxime exercitus agmen oneratur, vaſa & cibaria militum in faſciculos aptata furcis impoſuit, ſub quibus & habile onus & facilis requies eſſet: unde & in proverbium tractum eſt, Muli Mariani.

8. Theagenes Athenienſis, cum exercitum Megaram duceret, petentibus ordines reſpondit, ibi ſe daturum: deinde clam equites praemiſit, eosque hoſtium ſpecie impetum in ſocios retorquere juſſit: quo facto, cum, quos habebat, tanquam ad hoſtium incurſum praepararentur, permiſit ita ordinari aciem, ut, quo quis voluiſſet, loco conſiſteret: & cum inertiſſimus quisque retro ſe dediſſet, ſtrenui autem in fronte proſiluiſſent, ut quemque invenerat ſtantem, ita ad ordines militiae provexit.

9. Lyſander Lacedaemonius egreſſum via quendam caſtigabat: cui dicenti, ad nullius rei rapinam ſe ab agmine receſſiſſe, reſpondit, Ne ſpeciem quidem rapturi praebeas, volo.

10. Antigonus, cum filium ſuum devertiſſe audiſſet in ejus domum, cui tres filiae inſignes ſpecie eſſent, Audio, inquit, fili, anguſte habitare te, pluribus dominis domum poſſidentibus: hoſpitium laxius accipe. Juſſoque commigrare, edixit, ne quis, minor quinquaginta annos natus, hoſpitio matris familias uteretur.

11.

VII. Plut. in Mario 13.

VIII. Varii fuere et Athenis et Megarae Theagenis et Theognidis nomine: plura et Athen. cum Megar. geſſere bella circa Ol. 89. Polyaen. 5, 28.

11. Q. Metellus Cos. quamvis nulla lege impediretur, quin filium contubernalem perpetuum haberet, maluit tamen, eum in ordine merere.

12. P. Rutilius Cos. cum ſecundum leges in contubernio ſuo filium habere poſſet, in legione militem fecit. a. C. 105. 649.

13. M. Scaurus filium, quod in ſaltu Tridentino loco hoſtibus ceſſerat, in conſpectum ſuum venire vetuit. Adoleſcens verecundia ignominiae preſſus, mortem ſibi conſcivit. U. c. 653.

14. Caſtra antiquitus Romani, ceteraeque gentes, paſſim per corpora cohortium velut mapalia conſtituere ſoliti erant, cum ſolos urbium muros noſſet antiquitas. Pyrrhus, Epirotarum rex, primus totum exercitum ſub eodem vallo continere inſtituit. Romani deinde, victo eo in campis Aruſinis circa urbem Beneventum, caſtris ejus potiti, & ordinatione notata, paulatim ad hanc uſque metationem, quae nunc effecta eſt, pervenerunt. a. C. 275. 479.

15. P. Naſica in hibernis, quamvis claſſis uſus non eſſet neceſſarius, ne tamen deſidia miles corrumperetur, aut per otii licentiam ſociis injuriam inferret, naves aedificare inſtituit.

16. M. Cato memoriae tradidit, in furto comprehenſis inter commilitones dextras eſſe praeciſas; aut, ſi levius animadvertere voluiſſent, in principiis ſanguinem miſſum.

17. Clearchus, dux Lacedaemoniorum, exercitui dicebat, imperatorem potius, quam hoſtem, metui debere: ſignificans, eos, qui in proelio dubiam mortem timuiſſent, certum, ſi deſeruiſſent, manere ſupplicium. a. C. 401. Ol. 84, 4.

18.

XIII. b. Cimbrico, Cos. Mario. Victor. 72.
XIV. Plut. Pyrrh. 25.
XV. in Hiſpania.

a. C. 280. U. c. 474. 18. Appii Claudii ſententia ſenatus eos, qni a Pyrrho, rege Epirotarum, capti, & poſtea remiſſi eranr, equites ad peditem redegit, pedites ad levem armaturam, omnibus extra vallum juſſis tendere, donec bina hoſtium ſpolia ſinguli referrent.

263. 491. 19. Otacilius Craſſus Cos. eos, qui ab Hannibale ſub jugum miſſi redierant, tendere extra vallum juſſit, ut immuniti aſſueſcerent periculis, & adverſus hoſtem audentiores fierent.

138. 616. 20. P. Cornelio Naſica, D. Junio Coss. qu exercitum deſeruerant, damnati, virgis caeſi pu blice venierunt.

(p. C. 811.) 21. Domitius Corbulo in Armenia, duas ala & tres cohortes, quae ad caſtellum initio hoſtibu ceſſerant, extra vallum juſſit tendere, donec aſſi duo labore & proſperis excurſionibus redimeren ignominiam.

252. 502. 22. Aurelius Cotta Cos. cum ad opus equites neceſſitate cogente, juſſiſſet accedere, eorumqu pars detractaſſet imperium, queſtus apud cenſores effecit, ut notarentur. A Patribus deinde obtinuit ne eis praeterita aera procederent. Tribuni quo que plebis de eadem re ad populum pertulerunt omniumque conſenſu ſtabilita diſciplina eſt.

a. C. 143. U. c. 611. 23. Q. Metellus Macedonicus, in Hiſpania quinque cohortes, quae hoſtibus ceſſerant, teſta mentum facere juſſas, ad locum recuperandum re miſit: minatus, non niſi poſt victoriam receptum iri.

a. C. 280. U. c. 474. 24. P. Valerio Cos. ſenatus praecepit exercitum ad Sirim victum, ducere Firmum, ibique caſtr munire, & hiemem ſub tentoriis exigere. Senatus, cum turpiter fugati ejus milites eſſent, decre vit

XIX. Polyb. 1, 19.
XXI. Tac. Ann. 13, 36.
XXII. b. Pun. 1.
XXIII. b. Viriathico et Celtiberico. Liv. Suppl. 53, 9. Flor 2, 17.
XXIV. Eſt P. Valer. Laevinus in b. adv. Pyrrhum.

vit, ne auxilia ei ſubmitterentur, niſi captis & victis hoſtibus.

25. Eis legionibus, quae Punico bello militiam detractaverant, in Siciliam velut relegatis per ſeptem annos hordeum ex ſenatusconſulto datum eſt. a. C. 215.

26. L. Piſo C. Titium, praefectum cohortis, quod loco fugitivis ceſſerat, cinctu togae praeciſo, ſoluta tunica, nudis pedibus in principiis quotidie ſtare, dum vigiles venirent, juſſit, conviviisque & balneo abſtinere. a. C. 133. U. c. 621.

27. Sulla cohortem & centuriones, quorum ſtationem hoſtis perruperat, galeatos & diſcinctos perſtare in principiis juſſit.

28. Domitius Corbulo in Armenia, Aemilio Rufo, praefecto equitum, quia hoſtibus ceſſerat, & parum inſtructam armis alam habebat, veſtimenta per lictorem ſcidit, eidemque, ut erat foedato habitu, perſtare in principiis, donec mitterentur, imperavit. c. 811.

29. Atilius Regulus, cum ex Samnio in Luceriam transgrederetur, exercitusque ejus obviis hoſtibus averſus eſſet, oppoſita cohorte, juſſit fugientes pro deſertoribus caedi. a. C. 294. U. c. 460.

30. Cotta Cos. in Sicilia, in Valerium, nobilem tribunum militum ex gente Valeria, virgis animadvertit. 252. 502.

31. Idem P. Aurelium, ſanguine ſibi junctum, quem obſidioni Lipararum ipſe, ad auſpicia repetenda Meſſanam tranſiturus, praefecerat, cum agger incenſus, & capta caſtra eſſent, virgis caeſum in numerum gregalium peditum referri, & muneribus fungi juſſit. eod.



XXV. Liv. 23, 31. XXIX. Liv. 10, 35.

a. C. 174. U. c. 680. 32. Fulvius Flaccus cenſor Fulvium fratrem ſuum, quia legionem, in qua tribunus militum erat, injuſſu conſulis dimiſerat, ſenatu movit.

33. M. Cato ab hoſtili litore, in quo per aliquot dies manſerat, cum ter dato profectionis ſigno claſſem ſolviſſet, & relictus e militibus quidam a terra voce & geſtu expoſtularet, uti tolleretur, circumacta ad litus univerſa claſſe, comprehenſum ſupplicio affici juſſit, & quem occiſuri per ignominiam hoſtes fuerant, exemplo potius impendit.

a. C. 471. U. c. 283. 34. Appius Claudius ex his, qui loco ceſſerant, decimum quemque militem, ſorte ductum, fuſti percuſſit.

35. Fabius Rullus Cos. ex duabus legionibus, quae loco ceſſerant, vicenos ſorte ductos in conſpectu militum ſecuri percuſſit.

36. Aquilius ternos ex centuriis, quorum ſtatio ab hoſte perrupta erat, ſecuri percuſſit.

a. C. 36. U. c. 718. 37. M. Antonius, cum agger ab hoſtibus incenſus eſſet, ex his, qui in opere fuerant, duarum cohortium militem decimavit, & in ſingulos ex his centuriones animadvertit, legatum cum ignominia dimiſit, reliquis ex legione hordeum dari juſſit.

a. C. 281. U. c. 473. 38. In legionem, quae Rhegium oppidum juſſu ducis diruerat, animadverſum eſt, ita ut quatuor millia, tradita cuſtodiae, necarentur. Praeterea ſenatuſconſulto cautum eſt, ne quem ex eis ſepelire vel lugere fas eſſet.

39.

XXXII. Liv 41, 27.

XXXIV. Liv. 2, 58, 59. Dion. Hal. 9, 50.

XXXVI. b. ſervili.

XXXVII. b. Parthico apud urbem Phraata. Plut. in Antonio 39.

XXXVIII. Appian. in Excerp. 3. Samn. 9, 1. Polyb 9, 31. Liv. Suppl. 12, 27. ſqq. Seditionis auctor Decius fuerat.

39. L. Papirius Curſor, dictator, Fabium Rullum, magiſtrum equitum, quod adverſus dictum ejus, quamvis proſpere, pugnaverat, virgis popoſcit caeſum, ſecuri percuſſurus: nec contentioni aut precibus militum conceſſit animadverſionem, eumque profugientem Romam perſecutus eſt: nec ibi quidem remiſſionem ſupplicii prius meruit, quam ad genua ejus & Fabius cum patre provolveretur, & pariter ſenatus ac populus rogarent. a. C. 325. U. c. 429.

40. Manlius, cui Imperioſo poſtea cognomen fuit, filium, quod is contra edictum patris cum hoſte pugnaverat, quamvis victorem, in conſpectu exercitus virgis caeſum ſecuri percuſſit. a. C. 340. U. c. 414.

41. Manlius filius, exercitu pro ſe adverſus patrem ſeditionem parante, negavit tanti eſſe quemquam, ut propter illum diſciplina corrumperetur: & obtinuit, ut ipſum puniri paterentur. eod.

42. Q. Fabius Maximus transfugarum dexteras praecidit.

43. C. Curio Cos. bello Dardanico, circa Dyrrhachium, cum ex quinque legionibus una, ſeditione facta, militiam detractaſſet, ſecuturamque ſe temeritatem ducis in expeditionem aſperam & inſidioſam negaſſet, quatuor legiones eduxit armatas, & conſiſtere ordinibus, detectis armis velut in acie, juſſit. Poſt haec ſeditioſam legionem inermem procedere, diſcinctamque, in conſpectu armati exercitus, ſtramenta coegit ſecare; poſtero autem die ſimiliter foſſam diſcinctos milites facere. Nullisque precibus legionis impetrari ab eo potuit, a. C. 76. U. c. 678.

 ne

XXXIX. Liv. 8, 29. ſqq.
XL. Bello cum Latinis. Liv. 8, 3-7. Flor. 1, 14.
XLII. Q. F. M. Servilianus Procoſ. in Luſitania contra Viriathum.
XLIII. Flor. 3, 4. 6. Liv. Suppl. 92, 16. Salluſt. fragm. 2, 1. 14. Curio id bellum geſſit, anno ſequenti Proconſul, adverſus Dardanos in Thracia.

ne ſigna ejus ſubmitteret, nomenque aboleret, milites autem in ſupplementum ceterarum legionum diſtribueret.

a. C. 212. U. c. 542. 44. Q. Fulvio, Appio Claudio Coss. milites ex pugna Cannenſi in Siciliam ab ſenatu relegati poſtulaverunt a Cos. M. Marcello, ut in proelium ducerentur. Ille ſenatum conſuluit. Senatus negavit, ſibi placere, committi his rempublicam, quam deſeruiſſent; Marcello tamen permiſit facere, quod videretur, dum ne quis eorum munere vacaret, neve donaretur, neve quod praemium ferret, aut in Italiam reportaretur, dum Poeni in ea fuiſſent.

(U. c. 534) 45. M. Salinator conſularis damnatus eſt a populo, quod praedam non aequaliter diviſerat militibus.

a. C. 177. U. c. 577. 46. Cum ab Liguribus in proelio Q. Petillius Cos. interfectus eſſet, decrevit ſenatus, uti ea legio, in cujus acie Cos. erat occiſus, tota infrequens referretur, ſtipendium ei annuum non daretur, aeraque reſcinderentur.

## *Cap. II. De effectu diſciplinae.*

a. C. 72. U. c. 732. 1. Bruti & Caſſii exercitus, memoriae proditum eſt, bello civili, cum una per Macedoniam iter facerent, priorque Brutus ad fluvium, in quo pontem jungi oportebat, perveniſſet, Caſſii tamen exercitum & in efficiendo ponte, & in tranſitu maturando praeceſſiſſe. Qui vigor diſciplinae effecit, ne ſolum in operibus, verum & in ſumma belli praeſtarent Caſſiani Brutianis.

2. C. Marius, cum facultatem eligendi exercitus haberet, ex duobus, qui ſub Rutilio, & qui ſub Metello, ac poſtea ſub ſe ipſo meruerant, Rutilia

XLIV. Liv. 24, fin. 25, 3. 6. 7.
XLV. Liv. 27, 34.
XLVI. Liv. 41, 18.

tilianum, minorem quidem, quia certioris diſciplinae arbitrabatur, praeoptavit.

3. Domitius Corbulo, duabus legionibus & pauciſſimis auxiliis, diſciplina correcta, Parthos ſuſtinuit. p. C. 58. U. c. 811.

4. Alexander Macedo quadraginta millibus hominum, jam inde a Philippo patre diſciplinae aſſuefactis, orbem terrarum aggreſſus, innumeras hoſtium copias vicit.

5. Cyrus, bello adverſus Perſas, quatuordecim millibus armatorum immenſas difficultates ſuperavit.

6. Epaminondas, dux Thebanorum, quatuor millibus hominum, ex quibus quadraginti tantum equites erant, Lacedaemoniorum exercitum viginti quatuor millium peditum, equitum mille ſexcentorum vicit. a. C. 371. Ol. 102, 2.

7. A quatuordecim millibus Graecorum, qui numerus in auxiliis Cyri adverſus Artaxerxen fuit, centum millia barbarorum proelio ſuperati ſunt. a. C. 401. Ol. 94, 4.

8. Eadem Graecorum quatuordecim millia, proelio amiſſis ducibus, reditus ſui cura uni ex corpore ſuo Xenophonti Athenienſi demandata, per iniqua & ignota loca, incolumia reverſa ſunt. eod.

9. Xerxes ab trecentis Lacedaemoniorum ad Thermopylas vexatus, cum vix eos confeciſſet, hoc ſe deceptum ajebat; quod multos quidem homines haberet, viros autem, diſciplinae tenaces, nullos. a. C. 480. Ol. 75, 1.

H 4 *Cap. III.*

Cap. II. III. Dio. 62. p. 710. Tacit. Ann. 13, 8. 35.

V. Inepte ut ſaepius, exaggerat auctor exempla; et confuſe narrat; de eadem re mentionem facit 7 et 8.

VI. In pugna ad Leuctra. Xenoph. 6, 4. §. 12 ſqq.

VII - VIII. Proelio ad Cynaxa. Xenoph. exp. Cyr. 8. Diod. 14, 19 ſqq.

IX. Iuſtin. 2, 11.

## *Cap. III. De continentia.*

1. M. Catonem vino eodem, quo remiges, contentum fuiſſe, traditur.

a. C. 280. U. c. 474. 2. Fabricius, cum Cineas legatus Epirotarum grande pondus auri dono ei daret, non accepto eo, dixit, Malle ſe habentibus id imperare, quam habere.

3. Atilius Regulus, cum ſummis rebus praefuiſſet, adeo pauper fuit, ut ſe, conjugem liberosque toleraret agello, qui colebatur per unum villicum. Cujus audita morte, ſcripſit ſenatui de ſucceſſore: deſtitutis rebus obitu ſervi neceſſariam eſſe praeſentiam ſuam.

4. Cn. Scipio poſt res proſpere in Hiſpania geſtas, in ſumma paupertate deceſſit, ne ea quidem relicta pecunia, quae ſufficeret in dotem filiarum: quas ob inopiam publice dotavit ſenatus.

Ol. 78, 2. 5. Idem praeſtiterunt Athenienſes filiis Ariſtidis, poſt ampliſſimarum rerum adminiſtrationem in maxima paupertate defuncti.

a. C. 362. Ol. 104, 3 6. Epaminondas, dux Thebanorum, tantae abſtinentiae fuit, ut in ſupellectili ejus praeter ahenum & unicum veru nihil inveniretur.

7. Hannibal ſurgere de nocte ſolitus, ante noctem non requieſcebat, crepuſculo demum ad coenam vacabat: neque amplius, quam duobus lectis diſcumbebatur apud eum.

8. Idem, cum ſub Haſdrubale imperatore militaret, plerumque ſuper nudam humum, ſagulo tectus, ſomnos capiebat.

9. Aemilianum Scipionem, traditur, in itinere cum amicis ambulantem, accepto pane, veſci ſolitum.

10.

Cap. III. I. Plin. 14, 13.
II. Id reſponſum M. Curio datum eſt. Val. Max. 4. 3, 5. Victor V. I. 33.
IV. Senatus non filias ſed filiam dotavit, neque poſt res in Hiſp. geſtas, ſed dum illas gerebat. cf. Val. Max. 4. 4, 10.
V. Nep. Ariſt. 3.
VI. Plut. in Fabio 27.
VII. Liv. 21, 4.

10. Idem & de Alexandro Macedone dicitur.

11. Maſiniſſam, nonageſimum aetatis annum agentem, meridie ante tabernaculum ſtantem, vel ambulantem capere ſolitum cibos, legimus.

12. M. Curius, cum, victis ab eo Sabinis, ex c. a. C.
ſenatusconſulto ampliaretur ei modus agri, quem 209.
conſummati milites accipiebant, gregalium portione U. c. 464.
contentus fuit: malum civem dicens, cui non eſſet idem, quod ceteris, ſatis.

13. Univerſi quoque exercitus notabilis ſaepe fuit a. C. 115
continentia, ſicuti ejus, qui ſub M. Scauro meruit. U. c. 639
Namque memoriae tradidit Scaurus, pomiferam arborem, quam in pede caſtrorum fuerat complexa metatio, poſtero die abeunte exercitu, intactis fructibus relictam.

14. Auſpiciis imperatoris Caeſaris Domitiani Auguſti Germanici, eo bello, quod Julius Civilis in U. c. 823 ſqq.
Gallia moverat, Lingonum opulentiſſima civitas, quae ad Civilem deſciverat, cum adveniente exercitu Caeſaris populationem timeret, quod contra exſpectationem inviolata, nihil ex rebus ſuis amiſerat, ad obſequium redacta, ſeptuaginta millia armatorum tradidit mihi.

15. L. Mummius, qui, Corintho capta, non a. C. 146.
Italiam ſolum, ſed etiam provinciam tabulis ſtatuisque exornavit, adeo nihil ex tantis manubiis in ſuum U. c. 608.
convertit, ut filiam ejus inopem ſenatus ex publico dotaverit.

## *Cap. IV. De juſtitia.*

1. Camillo, Faliſcos obſidenti, ludimagiſter libe- a. C. 394.
ros Faliſcorum, tanquam ambulandi cauſa extra- U. c. 360.



XII. Victor. 33.
XIV. Tac. 4, 12 - 37. 51 ſqq. Cerealis eam ſeditionem jam oppreſſerat, cum Mucianus et Domitianus eo proficiſcerentur. Dio. 46, cf. ad 1, 1. 8.

XV. Flor. 2, 16. Plin. h. n. 35, 4.

Cap. IV. I. Liv. 5, 27. Plut. Cam. 10.

murum eductos, tradidit, dicens repetendis eis obſidibus neceſſario civitatem imperata facturam. Camillus non ſolum ſprevit perfidiam, ſed & reſtrictis poſt terga manibus magiſtrum virgis agendum ad parentes tradidit pueris: adeptus beneficio victoriam, quam fraude non concupierat. Nam Faliſci ob hanc juſtitiam ſponte ei ſe dediderunt.

a. C 278. U. c. 476. 2. Ad Fabricium, ducem Romanorum, medicus Pyrrhi, Epirotarum regis, pervenit, pollicitusque eſt, daturum ſe Pyrrho venenum, ſi merces ſibi, in qua operae pretium foret, conſtitueretur. Quo facinore Fabricius egere victoriam ſuam non arbitratus, regi medicum detexit: atque ea fide meruit, ut ad appetendam amicitiam Romanorum compelleret Pyrrhum.

## *Cap. V. De conſtantia.*

a. C. 79. U. c. 675. 1. Cn. Pompejus, minantibus direpturos pecuniam militibus, quae in triumpho ferretur, Servilio & Glaucia cohortantibus, ut divideret eam, ne ſeditio fieret, affirmavit, non triumphaturum ſe, ſed potius moriturum, quam licentiae militum ſuccumberet: caſtigatisque oratione gravi laureatos faſces objecit, ut ab illorum inciperent direptione. Eaque invidia redegit eos ad modeſtiam.

(U. c. 704). 2. C. Caeſar, ſeditione in tumultu civilium armorum facta, cum maxime tumentibus animis legionem totam exauctoravit, ducibus ſeditionis ſecuri percuſſis: mox eosdem, quos exauctoraverat, ignominiam deprecantes reſtituit, & optimos milites habuit,

3.

II. Plut. in Pyrrho 21.
Cap. V. I. In b. civ. inter Sullam et Marium geſto, poſt reditum Pompeji ex Africa. Plut. Pomp. 14. Plin. 7, 26.
II. Seditio ad Placentiam facta. Diod. 41,

3. Poſtumius conſularis cohortatus ſuos, cum interrogatus eſſet a militibus, quid imperaret, dixit, ut ſe imitarentur: & arrepto ſigno hoſtes primus invaſit. Quem ſecuti, victoriam adepti ſunt.

4. Cl. Marcellus, cum in manus Gallorum imprudens incidiſſet, circumſpiciendae regionis, qua evaderet, cauſa, equum in orbem flexit; deinde, cum omnia eſſe infeſta vidiſſet, precatus Deos, in medios hoſtes irrupit: quibus inopinata audacia perculſis, ducem quoque eorum trucidavit, atque, ubi ſpes ſalutis vix ſuperfuerat, inde opima retulit ſpolia. a. C. 222. U. c. 530.

5. L. Paullus, amiſſo ad Cannas exercitu, offerente equum Lentulo, quo fugeret, ſupereſſe cladi, quamquam non per ipſum contractae, noluit; ſed in eo ſaxo, cui ſe vulneratus acclinaverat, perſedit, donec ab hoſtibus oppreſſus confoderetur. a. C. 216. U. c. 538.

6. Varro, collega ejus, vel majore conſtantia poſt eandem cladem vixit, gratiaeque ei ab ſenatu & populo actae ſunt, quod non deſperaſſet rempublicam. Non autem vitae cupiditate, ſed reipublicae amore ſe ſuperfuiſſe, reliquo aetatis ſuae tempore approbavit. Nam & barbam capillumque ſubmiſit, & poſtea nunquam recubans cibum cepit; honoribus quoque, cum ei deferrentur a populo, renuntiavit, dicens, felicioribus magiſtratibus reipublicae opus eſſe. eod.

7. Sempronius Tuditanus & C. Octavius, tribuni militum, omnibus fuſis ad Cannas, cum in minoribus caſtris circumſederentur, ſuaſerunt commilitonibus, ſtringerent gladios, & per hoſtium praeſidia erumperent ſecum: id ſibi animi eſſe, etiamſi nemini ad erumpendum audacia fuiſſet, affirman- eod.

IV. b. Gallico. Suppl. in Liv. 20, 53. Plut. Marc. 6.

V-VII. Liv. 22, 49 ſqq.

mantes. De cunctantibus XII omnino equitibus, L peditibus, qui comitari ſuſtinuerant, repertis, incolumes Canuſium pervenerunt.

8. T. Fontejus Craſſus, in Hiſpania, cum tribus millibus hominum praedatum profectus, locoque iniquo circumventus ab Haſdrubale, ad primos tantum ordines relato conſilio, incipiente nocte, quo tempore minime exſpectabatur, per ſtationes hoſtium erupit.

9. P. Decius, tribunus militum, bello Samnitico, Cornelio Coſſo conſuli, iniquis locis deprehenſo ab hoſtibus, ſuaſit, ut ad occupandum collem, qui in propinquo erat, modicam manum mitteret: ſeque ducem iis, qui mittebantur, obtulit. Avocatus in diverſum hoſtis, emiſit conſulem; Decium autem cinxit obſeditque. Illas quoque anguſtias, nocte eruptione facta, cum eluctatus eſſet Decius, incolumis cum militibus conſuli acceſſit.

10. Idem fecit ſub Atilio Calatino Cos. is, cujus varie traduntur nomina. Alii Laberium, nonnulli Q. Caeditium, plurimi Calpurnium Flammam vocitatum ſcripſerunt. Hic cum demiſſum in eam vallem videret exercitum, cujus latera omniaque ſuperiora hoſtis inſederat, depopoſcit, & accepit ab conſule trecentos milites: quos hortatus, ut virtute ſua exercitum ſervarent, in mediam vallem decucurrit. Ad opprimendos eos undique deſcendit hoſtis, longoque & aſpero proelio retentus, occaſionem conſuli ad extrahendum exercitum dedit.

11. C. Caeſar adverſus Germanos & regem Arioviſtum pugnaturus, confuſis ſuorum animis, pro concione dixit, nullius ſe eo die opera, niſi decimae legionis, uſurum: quo aſſecutus eſt, ut & decimani, tanquam praecipuae fortitudinis teſtimonio, con-

VIII-XI. Eadem exempla vide I. 5, 12, 14 et 15; II, 3.

concitarentur. & ceteri pudore, ne penes alios gloria virtutis eſſet.

12. Lacedaemonius quidam nobilis, Philippo denuntiante, multa ſe prohibiturum, niſi civitas ſibi traderetur, Num, inquit, & pro patria mori nos prohibebit? (Ol. 110, 3)

13. Leonidas Lacedaemonius, cum dicerentur Perſae ſagittarum multitudine nubes eſſe facturi, fertur dixiſſe: Melius in umbra propugnabimus. a. C. 480. Ol. 75, 1.

14. L. Aelius, praetor urbanus, cum ei jus dicenti picus in capite inſediſſet, & haruſpices reſpondiſſent, dimiſſa ave, hoſtium victoriam fore, necata, populum Romanum ſuperiorem, at L. Aelium cum familia periturum, avem occidit, nec dare poenam dubitavit. Noſtro ergo exercitu vincente, ipſe cum qautuordecim Aeliis ex eadem familia in proelio eſt occiſus. Hunc quidam non Aelium, ſed Laelium fuiſſe, & Laelios, non Aelios periiſſe credunt.

15. P. Decius primo pater, poſtea filius in magiſtratu ſe pro republica devoverunt, admiſſisque in hoſtem equis, adepti mortem, victoriam patriae contulerunt. a. C. 340. et 295. U. c. 414. et 459.

16. P. Craſſus, cum bellum adverſus Ariſtonicum in Aſia gerens inter Elaeam & Myrinam in hoſtium copias incidiſſet, vivusque abduceretur, exſecratus in conſule Romano captivitatem, virga, qua ad equum erat uſus, Thraci, a quo tenebatur, oculum eruit: atque ab eo, per dolorem concito, transverberatus, dedecus ſervitutis, ut voluerat effugit. a. C. 130. U. c. 624.

17.

XII. Plut. Apoph. Lac.
XIII. Herod. 7, 205 ſqq.
XV. Liv. 8, 9. 10, 28.
XVI. Suppl. in Liv. 59, 15. 49. 56. 70. Flor. 2, 20. Iuſt. 36, 4.

a. C. 168. 17. M. Cato Cenſorii filius in acie, decidente equo, prolapſus, cum ſe recollegiſſet, animadvertiſſetque, gladium excidiſſe vagina, veritus ignominiam, rediit in hoſtem: exceptisque aliquot vulneribus recuperato demum gladio, reverſus eſt ad ſuos.

a. C. 216. U. c. 538. 18. Petilini, a Poenis obſeſſi, parentes & liberos propter inopiam ejecerunt: ipſi coriis madefactis, & igne ſiccatis, foliisque arborum & omni animalium genere vitam trahentes, undecim menſes obſidionem toleraverunt.

19. Hiſpani Arabricenſes omnia eadem paſſi ſunt, nec oppidum Hirtulejo tradiderunt.

a. C. 216. U. c. 538. 20. Caſilini, obſidente Hannibale, tantam inopiam perpeſſi ſunt, ut centum denariis murem veniſſe, proditum memoriae ſit, ejusque venditorem fame periiſſe, emtorem autem vixiſſe: fidem tamen ſervare Romanis perſeveraverunt.

a. C. 74. U. c. 680. 21. Cyzicum cum oppugnaret Mithridates, captivos ejus urbis produxit, oſtenditque obſeſſis, arbitratus futurum, ut miſeratione ſuorum compelleret ad deditionem oppidanos. At illi cohortati ad patiendum fortiter mortem captivos, ſervare Romanis fidem perſeveraverunt.

22. Segovienſes, cum a Viriatho liberi & conjuges caederentur, praeoptaverunt ſpectare ſupplicia pignorum ſuorum, quam ab Romanis deficere.

23. Numantini, ne ſe dederent, fame mori, praefixis foribus domuum ſuarum, maluerunt.

## *Cap. VI. De affectu & moderatione.*

1. Q. Fabius, hortante filio, ut locum idoneum paucorum jactura caperet, Viſne, inquit, tu ex illis paucis eſſe?

2.

XVII. In pugna cum Perſeo. Iuſt. 33, 2. Plut. in Aem. Paullo 21.

XVIII. Liv. 23, 30.

XX. Liv. 23, 19. Plin. h. n. 8, 57. Front. 3, 14. 15.

XXIII. Flor. 2, 18. 15.

2. Xenophon, cum equo veheretur, & pedites jugum quoddam occupare juſſiſſet, unusque ex eis obmurmurando diceret, facile tam laborioſa ſedentem imperare, deſiluit, & gregalem equo impoſuit, curſu ipſe pedeſtri ad deſtinatum jugum contendens. Cujus facti ruborem cum perpeti miles non poſſet, irridentibus commilitonibus, ſponte deſcendit. Xenophontem vix univerſi perpulerunt, ut conſcenderet equum, & laborem ſuum in neceſſaria duci munera reſervaret.

3. Alexander, cum hieme duceret exercitum, reſidens ad ignem, recognoſcere praetereuntes copias coepit; cumque conſpexiſſet quendam prope exanimatum frigore, conſidere loco ſuo juſſit, dixitque ei: Si in Perſis natus eſſes, in regia ſella reſediſſe tibi capital foret; in Macedonia nato, conceditur.

4. Divus Auguſtus Veſpaſianus, cum quendam adoleſcentem, honeſte natum, militiae inhabilem, anguſtiarum rei familiaris cauſa eductum ad longiorem ordinem reſciſſet, cenſu conſtituto, honeſta miſſione exauctoravit.

## *Cap. VII. De variis conſiliis.*

1. Caesar dicebat, idem ſibi eſſe conſilium adverſus hoſtem, quod plerisque medicis contra vitia corporum, fame potius, quam ferro ſuperandi.

2. Domitius Corbulo dolabra, id eſt operibus, hoſtem vincendum eſſe dicdbat.

3. L. Paullus imperatorem, ſenem moribus dicebat eſſe oportere: ſignificans moderatiora ſequenda conſilia.

4.

II. Xenoph. exp. Cyr. 3. 3. III. Curt. 8, 4, ſine.

4. Scipio Africanus fertur dixiſſe, cum eum quidam parum pugnacem dicerent, imperatorem me mater, non bellatorem, peperit.

5. C. Marius Teutono provocanti eum, & poſtulanti, ut prodiret, reſpondit: Si cupidus mortis eſſet, laqueo eum vitam poſſe finire. Cum deinde inſtaret, gladiatorem contemtae ſtaturae & prope exactae aetatis objecit ei, dixitque, Si eum ſuperaſſet, cum victore congreſſurum.

6. Q. Sertorius, quod experimento didicerat, imparem ſe univerſo Romanorum exercitui, ut barbaros quoque inconſulte pugnam depoſcentes, doceret, adductis in conſpectum duobus equis, eorum praevalido alteri, alteri admodum exili, duos admovit juvenes ſimiliter affectos, robuſtum & gracilem: ac robuſtiori imperavit equi exilis univerſam caudam abrumpere; gracili autem, valentioris per ſingulos pilos vellere. Cumque gracili ſucceſſiſſet, quod imperatum erat, validiſſimus cum infirmi equi cauda ſine effectu luctaretur: Naturam, inquit Sertorius, Romanorum virium per hoc vobis exemplum oſtendi, milites. Inſuperabiles ſunt univerſos aggredienti, eosdem lacerabit & carpet, qui per partes attentaverit.

a. C. 174. 7. Valerius Laevinus Cos. cum intra caſtra ſua
U. c. 580. exploratorem hoſtium deprehendiſſet, magnamque copiarum ſuarum fiduciam haberet, circumduci eum juſſit, terrendique hoſtis cauſa, exercitus ſuos viſendos ſpeculatoribus eorum, quoties voluiſſent, patere.

p. C. 9. 8. Caelius primipilaris, qui in Germania poſt Va-
U. c. 762. rianam cladem obſeſſis noſtris pro duce fuit, veritus, ne barbari ligna, quae congeſta erant, vallo admoverent, & caſtra ejus incenderent, ſimulata ligno-

VI. Vide 1. 10, 1.
VII. *Patere* ſc. adjecit. Sic in Mediceo Cod.
VIII. Cf. 3, 15. 4. Vellej. 2, 20.

lignorum inopia, miſſis undique qui ea furarentur, effecit, ut Germani univerſos truncos amolirentur.

9. Cn. Scipio, bello navali amphoras pice & taeda plenas in hoſtium claſſem jaculatus eſt, quarum jactus & pondere foret noxius, & diffundendo, quae continuerant, alimentum praeſtaret incendio. a. C. 260. U. c. 494.

10. Hannibal regi Antiocho monſtravit, ut in hoſtium claſſem vaſcula jacularetur viperis plena, quarum metu perterriti milites a dimicatione & nauticis miniſteriis impedirentur.

11. Idem fecit, jam cedente claſſe ſua, Pruſias. a. C. 184.

12. M. Porcius impetu in claſſem hoſtium cum tranſiluiſſet, deturbatis ex ea Poenis, eorumque armis & inſignibus inter ſuos diſtributis, multas naves hoſtium, quos ſociali habitu feſellerat, merſit.

13. Athenienſes, cum ſubinde a Lacedaemoniis infeſtarentur, diebus feſtis, quos ſacros Minervae extra urbem celebrabant, omnem quidem colentium imitationem expreſſerunt, armis tamen ſub veſte celatis. Peracto ritu ſuo, non ſtatim Athenas reverſi, ſed protinus inde raptim acto Lacedaemonem verſus agmine, eo tempore, quo minime timebantur, agrum hoſtium, quibus ſubinde praedae fuerant, ultro depopulati ſunt.

14. Caſſius onerarias naves, non magni ad alia uſus, accenſas opportuno vento in claſſem hoſtium miſit, & incendio eam conſumſit. a. C. 48. U. c. 706.

15.

IX. Res dubia eſt. Duo enim Cneji b. navale geſſerunt: alter Coſ. cum Duilio. U. c. 494 et dux claſſis Rom. Alter cum claſſe et exercitu in Hiſp. adverſus Haſdrubalem U. c. 536 miſſus, proelium cum eo navale commiſit. Cf. Polyb. 1, 21 et 3, 96.

X. XI. Non Antiocho ſed Pruſiae id monſtravit in b. ejus cum Eumene. Vide Nep. Hann. 11. Iuſt. 32, 4.

XIV. Accendebat Caeſaris claſſem apud Siciliam. Caeſ. b. civ. 3, 101.

a. C. 207. U. c. 547. 15. M. Livius, ſuſo Haſdrubale, hortantibu eum quibusdam, ut hoſtem ad internecionem perſequeretur, reſpondit: Aliqui & ſuperſint, qui de victoria noſtra hoſtibus nuntient.

16. Scipio Africanus dicere ſolitus eſt, hoſti non ſolum dandam eſſe viam fugiendi, ſed etiam muniendam.

a. C. 427. Ol. 88, 2. 17. Paches Athenienſis affirmavit, incolume futuros hoſtes, ſi deponerent ferrum: ejusque obſecutos conditionibus, univerſos, qui in ſaguli ferreas fibulas habuiſſent, interfici juſſit.

18. Haſdrubal, ſubigendorum Numidarum cauſ ingreſſus fines eorum, reſiſtere parantibus affirmavit, ad capiendos ſe veniſſe elephantos, quibus ferax eſt Numidia. Ut hoc permitterent, poſcentibu ſecuritatem promiſit: & ea perſuaſione avocato adortus, ſub leges redegit.

a. C. 376. c. Ol. 101, 1. 19. Alcetas Lacedaemonius, ut Thebanorun commeatum facilius ex inopinato aggrederetur, in occulto paratis navibus, tanquam unam omnino haberet triremem, vicibus in ea remigem exercebat quodam deinde tempore omnes naves in Thebanos transnavigantes immiſit, & commeatibus eorum potitus eſt.

(a. C. 321.) (Ol. 114, 4.) 20. Ptolemaeus adverſus Perdiccam, exercitu praevalentem, ipſe invalidus, omne pecudum genus religatis a tergo, quae traherent, ſarmentis agendum per paucos curavit equites: ipſe praegreſſus cum copiis, quas habebat, effecit, ut pulvis quem pecora excitaverant, ſpeciem magni ſequentis exercitus moveret, cujus exſpectatione territum vicit hoſtem.

21

XVI. Liv. 27, 49.

XVII. Expeditio fortaſſe eſt haec in Mityleneaeos, quos necare omnes, Athenienſes ei imperaverant. Thucyd. 3, 36. 49. 50. Diod. 12, 55.

XIX. Inter motus belli, de duro Lacedaemoniorum Graeciae imperio, orti Xenoph. 5, 4. 56 Diod. 15, 30-34.

XX. Diod. 18, 34. Polyaen. 4, 18.

21. Myronides Athenienſis adverſus Thebanos, a. C. 456.
equitatu praevalentes, pugnaturus, in campis ſuos Ol. 81, 1. ſqq.
edocuit, manentibus eſſe ſpem aliquam ſalutis, ce-
dentibus autem pernicioſiſſimum. Qua ratione con-
firmatis militibus, victoriam conſecutus eſt.

22. L. Pinarius in Sicilia praeſidio Hennae prae- a. C. 214.
poſitus, claves portarum, quas penes ſe habebat, U. c. 540.
repoſcentibus magiſtratibus Hennenſium, quod ſu-
ſpectos eos, tanquam tranſitionem ad Poenum pa-
rarent, habebat, petiit unius noctis ad deliberatio-
nem ſpatium: indicataque militibus fraude Graeco-
rum, cum praecepiſſet, ut parati poſtera die ſignum
exſpectarent, prima luce aſſiſtentibus redditurum ſe
claves dixit, ſi idem omnes Hennenſes cenſuiſſent.
Ob eam cauſam univerſa multitudine convocata in
theatrum, & idem flagitante, manifeſta deficiendi
voluntate, ſigno militibus dato, univerſos Hennen-
ſes cecidit.

23. Iphicrates, dux Athenienſium, claſſem ſuam a. C. 357.
hoſtili habitu inſtruxit, & ad eos quos ſuſpectos Ol. 105, 4.
habebat, invectus, cum effuſo ſtudio exciperetur,
deprehenſa eorum perfidia, oppidum diripuit.

24. Ti. Gracchus, cum edixiſſet futurum, ut ex a. C. 214.
volonum numero fortibus libertatem daret, igna- U. c. 540.
vos crucibus affigeret, & quatuor millia ex his,
qui ſegnius pugnaverant, metu poenae in quendam
munitum collem coiſſent, miſit, qui eis dicerent,
totum ſibi exercitum volonum viciſſe videri, quod
hoſtes fugiſſent: & ſic eos, & ſua fide, & ipſorum
metu exſolutos, recepit..

I 2 25.

XXI. Thebani, quod Xerxi auxilia praeſtiterant, ab Athenienſibus imperio Boeotico privati erant. Spartani tunc iis auxilia miſerunt. Thucyd, 1, 108. Diod. 11, 81-83.

XXII. Liv. 24, 37.

XXIII. Res acta adverſus Chios, Rhodios, et Coos, qui rebellaverant contra Athenienſes. Diod. 16, 21.

XXIV. Liv. 24, 16.

a. C. 217. 25. Hannibal poſt proelium, quo ingentem cl
U. c. 537. dem ad Thraſymenum Romani acceperunt, cu
ſex millia hoſtium, interpoſita pactione, in pot
ſtatem ſuam redegiſſet, ſocios Latini nominis b
nigne in civitates ſuas dimiſit, dictitans, ſe Itali
liberandae cauſa bellum gerere: eorumque ope
aliquot populos in deditionem accepit.

a. C. 208 26. Mago, cum Locri obſiderentur a Criſpin
U. c. 546. claſſis noſtrae praefecto, diffudit ad Romana caſt
rumorem, Hannibalem, caeſo Marcello, ad lib
randos obſidione Locros venire: clam deinde eq
tes emiſſos juſſit a montibus, qui in conſpectu era
ſe oſtendere. Quo facto effecit, ut Criſpinus, Ha
nibalem adeſſe ratus, conſcenderet naves, ac f
geret.

a. C. 133. 27. Scipio Aemilianus, ad Numantiam, omn
U. c. 621. bus non cohortibus tantum, ſed centuriis ſagitt
rios & funditores interpoſuit.

a. C. 368. 28. Pelopidas Thebanus, cum a Theſſalis in f
(Ol. 103.) gam verſus, flumen, in quo tumultuarium fecer
pontem, liberaſſet, ne ſequentibus hoſtibus ide
tranſitus maneret, noviſſimo agmini praecepit, i
cenderent pontem.

a. C. 211. 29. Romani cum Campanis equitibus null
U. c. 543. modo pares eſſent, Q. Naevius centurio in exe
citu Fulvii Flacci Procoſ. excogitavit, ut delect
ex toto exercitu, qui velociſſimi videbantur, & m
diocris erant ſtaturae, parmulis non amplis, & g
lericulis gladiisque, ac ſeptenis ſingulos haſtis qu
ternorum circiter pedum armaret, eosque, adju
ctos equitibus, juberet uſque ad moenia provehi
deinde ibi poſitis noſtris equitibus, incipere int
hoſtium equitatum proeliari. Quo facto vehemen
te

XXV. Liv. 22, 6. 7.
XXVI. Liv. 27, 28.
XXVIII. Bello adverſus tyrannum Pheraeorum. Nepos Pel.
XXIX. Inter obſidionem Capuae. Liv. 26, 4.

ter & ipſi Campani afflicti ſunt, & maxime equi eorum: quibus turbatis, prona noſtris victoria fuit.

30. P. Scipio in Lydia, cum die ac nocte imbre continuo vexatum exercitum Antiochi videret, nec homines tantum aut equos deficere, verum arcus quoque madentibus nervis inhabiles factos, exhortatus eſt fratrem, ut poſtero, quamvis religioſo, die committeretur proelium. Quam ſententiam ſecuta victoria eſt. a. C. 190. U. c. 564.

31. Catonem, vaſtantem Hiſpaniam, legati Ilergetum, qui ſociorum populus erat, adierunt, oraveruntque auxilia. Ille, ne aut abnegato adjutorio ſocios alienaret, aut diducto exercitu vires minueret, tertiam partem militum cibaria parare, & naves aſcendere juſſit, dato praecepto, ut cauſati ventos, retro redirent. Praecedens interim adventantis auxilii rumor, ut Ilergetum excitavit animos, ita hoſtium conſilia diſcuſſit. a. C. 195. U. c. 559.

32. C. Caeſar, cum in partibus Pompejanis magna equitum Romanorum eſſet manus, eaque armorum ſcientia milites conficeret, ora oculosque eorum gladiis peti juſſit: & ſic averſam aciem cedere coegit. a. C. 49. U. c. 705.

33. Vaccaei, cum a Sempronio Graccho collatis ſignis urgerentur, univerſas copias cinxere plauſtris, quae impleverant fortiſſimis viris, muliebri veſte tectis. Sempronium quoque, tanquam adverſus feminas, audentius ad obſidendos hoſtes conſurgentem, hi, qui in plauſtris erant, aggreſſi fugaverunt. a. C. 178. U. c. 574.



XXX. P. Scipio frater Conſulis Scip. tum, cum proelium in Lydia circa Thyatira, prope fl. Phrygium committebatur, aeger Elaeae erat. Liv. 37, 37 ſqq. Appian. Syr. 29 ſqq.

XXXI. Liv. 34, 11.

XXXII. In pugna Pharſalica. Plut. in Caeſ. 44.

XXXIII. Suppl. in Liv. 41, 4, Victor. V. I. 57.

a. C. 320. Ol. 115, 1. 34. Eumenes Cardianus ex ſucceſſoribus Ale: andri, in caſtello quodam clauſus, quo exercei equos non poterat, certis quotidie horis ita ſı ſpendebat, ut poſterioribus pedibus innixi, prior: bus allevatis, dum naturalem aſſiſtendi appetui conſuetudinem, ad ſudorem undique crura jactaren

a. C. 195. U. c. 559. 35. M. Cato, pollicentibus barbaris duces itin rum, & inſuper praeſidium, ſi magna ſumma e promitteretur, non dubitavit polliceri: quia aı victoribus ex ſpoliis hoſtilibus poterat dare, aı interfectis, exſolvebatur promiſſo.

36. Q Maximus transfugere ad hoſtes volentei Statilium, nobilem clarae operae equitem, voca ad ſe juſſit, eique excuſavit, quod, invidia con militonum, virtutes illius ad id tempus ignoraſſe tum donato ei equo, pecuniam inſuper largitus, ob tinuit, ut, quem ex conſcientia trepidum arceſſie rat, laetum dimitteret, & ex dubio in reliquur non minus fidelem, quam fortem, haberet equiten

